B I B L I O T H E C A

S C R I P T O R V M G R A E C O R V M E T R O M A N O R V M

T E V B N E R I A N A

P. OVIDI NASONIS

TRISTIA

EDIDIT

JOHN BARRIE HALL



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCV

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 80336 München

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Ovidius Naso, Publius:
[Tristia]
P. Ovidi Nasonis Tristia / ed. John Barrie Hall. —
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1995
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-8154-1567-5
NE: Hall, John Barrie [Hrsg.]

Printed in Germany
Satz: DW & ID Repro- und Satzzentrum GmbH
Druck: Druckhaus Köthen GmbH
Buchbinderei: Verlagsbuchbinderei D. Mikolai, Berlin

Carolo O. Brink
In Memoriam

PRAEFATIO

CODICVM CATALOGVS

Omnes quotquot noui Tristium codices hoc catalogo continentur; sunt autem centum quattuor. codicibus primariis quos dico, id est codicibus quorum uno quoque critici apparatus loco rationem habeo, sigla quae Luck adsignauit adsigno, nisi quod eius L_u nunc L4 nominatur. ceteris codicibus quos in apparatu hic illic sed non ubique laudo nouam et, ut spero, minus molestam siglorum rationem excogitaui. florum codicibus, qui Florilegium Gallicum quod dicunt plerumque repraesentant, sigla non adsignaui sed eos suo quemque nomine adduco.

A	Angeli Politiani Marcianus deperditus uel amissus, saec. xii(?); de eius collatione u. infra IX
a	Antuerpiensis Plant. lat. D. 68, saec. xiii
B	Berolinensis Diez. B. Santen. 1, saec. xiii
B2	Berolinensis lat. oct. 67, saec. xiii
B3	Berolinensis Diez. B. Santen. 20, saec. xiv
B4	Berolinensis Diez. B. Santen. 4, a. 1443/4
B5	Berolinensis Hamilton. 613, saec. xv
b1	Bernensis 405, saec. xiii
b2	Bernensis 478, saec. xiii
C	Parisinus Genouef. 2408 (Y. 1.3), saec. xiii
c	Monacensis clm 8124, saec. xiii
D	Gothanus membr. II. 122, saec. xiii
d	Diuionensis 497, saec. xiv
E	Parisinus lat. 8239, saec. xiii
e	Edinburgensis NLS Adu. Ms 18.2.9, saec. xiii
F	Hauniensis Gl. Kgl. S. 2014, saec. xii

F2	Hauniensis Gl. Kgl. S. 2013, saec. xiii
f	fragmentum Friburg. Brisg., saec. xii
G	Guelferbytanus Gud. lat. 192, saec. xiii
G^2	eiusdem codicis manus altera, saec. xiii
G^3	eiusdem codicis manus tertia paulo recentior
G3	Guelferbytanus extr. 76.3, saec. xv
g	fragmentum Genauense Bodmer. 126, saec. xii
H	Londiniensis Bibl. Brit. Add. 49368 (olim Holkhamicus 322), saec. xiii
H2	Londiniensis Bibl. Brit. Add. 18384, saec. xiii
H3	Londiniensis Bibl. Brit. Add. 21169, saec. xiii
H4	Londiniensis Bibl. Brit. Harl. 2699, saec. xiii
H5	Londiniensis Bibl. Brit. Burn. 277, saec. xiii
h	Haruardiensis lat. fol. 42, saec. xv
J	Etonensis 91, saec. xiii
j	fragmentum Aenipontanum, saec. xiv
K	Leidensis B. P. L. 177, saec. xiii
K2	Leidensis B. P. L. 191 D, saec. xiii/xiv
K3	Leidensis B. P. L. 180 G, saec. xiv
K4	Leidensis B. P. L. 51, saec. xv
k1	fragmentum Cremifan. primum, CC 123, saec. xiii
k2	fragmentum Cremifan. alterum, CC 331, saec. xiii
L1	Angeli Politiani Mediceus deperditus uel amissus, saec. xiii (?)
L2	Laurentianus 36.33, saec. xiii
L3	Laurentianus 36.2, saec. xv
L4	Laurentianus 91 sup. 25 (olim Gaddianus 578), saec. xv
L5	Florentinus Riccardianus 489, saec. xiii
L6	Laurentianus Strozz. 124, saec. xiv
L7	Laurentianus 38.39, saec. xv
M	Laurentianus Marcianus 223, saec. xi
m	eiusdem codicis manus recentior, saec. xv
N	Atrebaticus 1144 (217), saec. xiii
n	Neapolitanus 266 (4. F. 18), saec. xv
O1	Oxoniensis Bodl. Canon. class. lat. 1, saec. xiii
O2	Oxoniensis Bodl. Rawl. G. 107, saec. xiii
O3	Oxoniensis Bodl. Auct. F. 4.23, saec. xiii
O4	Oxoniensis Bodl. Auct. F. 1.17, saec. xiv

O5	Oxoniensis Bodl. Auct. F. 1.18, saec. xv
O6	Oxoniensis Bodl. Douce 146, a. 1466–8
O7	Oxoniensis Bodl. Canon. class. lat. 16, saec. xv
O8	Oxoniensis Aedis Christi 508, saec. xv
P	Vaticanus Pal. lat. 910, a. 1467
P2	Parisinus lat. 7993, saec. xiii
P3	Parisinus lat. 8254, saec. xiii
P4	Parisinus lat. 8255, saec. xiii
P5	Parisinus lat. 15143, saec. xiii
P6	Parisinus Bibl. Uniu. 1170, saec. xiii
p1	Panormitanus Bibl. Nat. VIII B 22, saec. xv
p2	Placentinus 14 (Land. 116), saec. xv
p3	Vicentinus Bertol. 153 (2, 8, 7), saec. xv
p4	Pistoriensis 153 (323), a. 1467
p5	Poppiensis 96, saec. xv
Q	Oxoniensis Bodl. Rawl. G. 101, saec. xv
q	Cracouiensis Jag. 528, saec. xv
R	Francofurtanus Barth. 110, saec. xiv
S1	Matritensis 1569, saec. xiii
S2	Matritensis 10091, saec. xv
S3	Matritensis Res. 206, saec. xv
T	Turonensis 879, saec. xii/xiii
T2	Turonensis 880, saec. xiii
T3	Turonensis 881, saec. xiii
t	Mediolanensis Triuult. lat. N735, saec. xiii
t1	Mediolanensis Ambros. I. 87 sup., saec. xv
t2	Mediolanensis Ambros. I. 8 inf., saec. xv
Tr	fragmentum Treuirense, saec. x
U1	Bononiensis Bibl. Uniu. 2527, saec. xv
U2	Bononiensis Bibl. Uniu. 1301, saec. xv
U3	Bononiensis Bibl. Uniu. 1346, saec. xv
U4	Bononiensis Bibl. Ciu. A. 161, saec. xv
u1	Mutinensis Estensis lat. 157 (*a* O 6 26), saec. xv
u2	Mutinensis Estensis lat. 225 (*a* P 6 30), saec. xv
u3	Mutinensis Estensis lat. 934 (*a* Q 6 6), saec. xv
V	Vaticanus lat. 1606, saec. xiii
V2	Vaticanus Ottobonianus lat. 1469, saec. xi/xii
V3	Vaticanus Chisianus lat. H VI 205, saec. xiv
V4	Vaticanus Vrbinas lat. 347, saec. xv

V5	Vaticanus lat. 1595, saec. xv
V6	Vaticanus lat. 2787, saec. xv
V7	Vaticanus Palatinus lat. 1668, saec. xv
V8	Romanus Corsinianus 43 F 6, saec. xv
V9	Vaticanus lat. 2788, saec. xiii
V10	Vaticanus Barberinianus lat. 59, saec. xiii
V11	Vaticanus Reginensis lat. 1382, saec. xiii
v1	Venetus Marcianus XII. 55 (4096), saec. xv
v2	Venetus Marcianus XII. 56 (4274), saec. xv
v3	Venetus Marcianus XII. 132 (3982), saec. xv
v4	Venetus Marcianus Z. 444 (1943), saec. xv
v5	Venetus Marcianus Z. 446 (1966), saec. xv
W1	Vindobonensis Bibl. Nat. 8124, saec. xiii
W2	Vindobonensis Bibl. Nat. 102, saec. xv
w	Wilhelmodunensis (Williams Coll., Mass.) Chapin 21, saec. xv
Z	Dresdensis Dc 147, saec. xv

DE CODICIBVS PRIMARIIS

'Horum librorum exemplaria etsi praesto fuere non pauca, nullum tamen inter illa, quod multum senii aut vetustatis prae se ferret, praeter Vaticanum unum & Hamburgense. cum Vaticano Politiani schedae ut plurimum conspirant. quanquam ne illi quidem codices ad aetatem sexcentorum annorum adsurgant. reliqui recentioris sunt notae, qui suo loco designabuntur. eos inter Combii codex Venetus & unus Palatinus palmam facile ferunt.' sic Nicolaus Heinsius de Tristium codicibus in editione Elzeuiriana Amstelodami a. 1661 emissa. sane multos alios Tristium codices ille uir clarissimus contulerat (u. infra XVIII s.), sed hi quinque (Politiani enim schedae codicis Marciani deperditi uel amissi collationem repraesentant) se eius iudicio ut ceteris praeferendos commendauerunt. neque eius iudicio posteri repugnarunt aut repugnant, nisi quod Combii codex (nunc Oxon.

Bodl. Douce 146 = O6) inspicienti mihi nequaquam optimae notae sed potius subtilium fons coniecturarum uisus est.
agendum est igitur cum quattuor non quinque Heinsianis.

Vaticanus lat. 1606, membr., saec. xiii, continet Tristia ff. 1–45. hic est Heinsii 'primus et optimus' Vaticanus. pleniorem descriptionem ab A. Monacio factam ap. Owenium (ed. mai. xxvii–xxviii) inuenies. **V**

Hauniensis Gl. Kgl. S. 2014, membr., saec. xii, continet Tristia ff. 111–143v. De eius migratione ex Germania in Daniam uide Owenium (ed. mai. xviii–xviiii). **F**

Politiani schedae (nunc Oxon. Bodl. Auct. P. II. 2) quas Heinsius Florentiae inspexerat postea ex oculis euanuerunt, post duo saecula Oxoniae in lucem rediturae dum bibliothecae Bodleianae thesauros rimatur S. G. Owen. non tamen ante euanuerunt quam nonnulla apographa facta sunt, quae uiris doctis exemplaris loco stare debebant. codicis Marciani nunc deperditi uel amissi collationem ad textum editionis Parmensis a. 1477 factam schedae praebent. historiam pluribus narrat Owen, ed. mai. xii–xvi, ubi inter Marciani collationem (A) et Medicei (L1) curiose distinguit. in hoc praesertim Owen mihi uidetur errasse quod ubi nihil scriba adnotauisset quid Marcianus legeret ex silentio inferre existimabat licere: ego nihil ex silentio inferendum puto. **A**

Vaticanus Palatinus lat. 910, chart., a. 1467, continet Tristia ff. 149v–205v. primus contulit Ian. Gebhardus a. 1613; ad usum Owenii inspexit R. Ellis et permulta falso reportauit. **P**

inter alios Heinsio notos sed non primo loco ab eo positos memorandi sunt sequentes libri:

Parisinus Genouef. 2408 (Y. 1.3), membr., saec. xiii, qui continet Tristia ff. 86–125. manus prima desinit 5.11.12 et manus recentior (saec. xv) 5.11.1 (sic) ad finem libri supplet. hic est Heinsii Richelianus. **C**

E Parisinus lat. 8239, membr., saec. xiii, qui continet Tristia ff. 57–115v. notandum est in hoc codice carmina non spatiis sed tantum capitulis esse diuisa. Heinsii codex Gallicus.

K Leidensis B. P. L. 177, membr., saec. xiii, qui continet Tristia ff. 52–104v. desinit 5.13.19.

Q Oxoniensis Bodl. Rawl. G. 101, membr. et chart., saec. xv, qui continet Tristia ff. 1–50. Heinsii codex Seruianus.

procedamus nunc ad codices Heinsio ignotos.

B Berolinensis Diez. B. Santen. 1, membr., saec. xiii. continet Tristia ff. 199–210. primus adhibuit Merkelius (1837). forma et continentia describuntur ab Owenio, ed. mai. xvi–xvii.

D Gothanus membr. II. 122, saec. xiii, continet Tristia ff. 1–32. omittit 3.2.6–3.12.50. primus adhibuit Iustus Zinzerlingius a. 1610; Merkelio ignotus a C. Zangemeistero reciperatus est. uide Owenium, ed. mai. xviii.

G Guelferbytanus Gud. lat. 192, membr., saec. xiii, continet Tristia ff. 1–50. accedit altera manus (G^2) quae suas lectiones fortasse ex alio protulit codice. manus tertia (G^3) non inutilia interdum suppeditat. primus Schweigerus in usum Merkelii contulit. uide Owenium, ed. mai. xviiii–xx.

H Londiniensis Bibl. Brit. Add. 49368 (olim Holkhamicus 322), membr., saec. xiii, continet Tristia ff. 111–143v. primus adhibuit Owen.

L4 Laurentianus 91 sup. 25 (olim Gaddianus 578), chart., saec. xv, continet Tristia ff. 56v–120. cum Politianei Marciani (A) apographon sit (uide Luckium, ed. 21), ad rem mihi uisum est ubique adhibere ut clarior Marciani imago emergeret.

T Turonensis 879, membr., saec. xii/xiii, continet Tristia binis columnis ff. 61–76. codex pulcherrime scriptus, et ab Owenio (ed. mai. xxvi–xxvii) iure laudatus, ob textum quoque laudem meretur.

quod de codicum uetustorum inopia questus est Heinsius, illud nonnulla ex parte iam mitigatum est. adsunt enim duo codices, mutili quidem sed per latam textus aream sua uterque ratione praesentes, qui ceteros aetate

transcendunt (**M**, aliter **L**, et **V2**), et duo folia nunc uix legibilia ex codice carolingicis litteris scripto (**Tr**, aliter **Θ**).

Laurentianus Marcianus 223, membr., saec. xi, continet nonnullas Tristium partes ff. 56–70v, sed non omnes una eademque manu: est enim manus antiquior (**M**)[1] quae pretiosissima est eademque saepe ineptissima (uide Housmannum, ed. Manil. I xxxvii); est et altera manus (**m**) multo recentior ex alio exemplari ac **M** deriuata nec multum utilis quae ubi **M** deest (sed non semper) inplet lacunas. sic se res habet: **M**

ff. 56–57v	**m**	1.1.1–1.5.10
58–63v	**M**	1.5.11–3.7.1
		3.7.2–4.1.11 desunt
64–65v	**M**	4.1.12–4.7.5
66–70v	**m**	4.7.6 ad finem

aliqua ex parte Merkelio (1850), amplius Riesio (1874) notus, a Tankio (1879) penitus inuestigatus est hic liber. plura ap. Owenium, ed. mai. xxi–xxv.

fragmentum Treuirense sine numero, saec. x, continet uno folio tantum 1.11.1–31 et 1.11.33–2.21 et altero 4.4a.35–4.4b.11 (= 4.4.35–65) et 4.4b.13–4.5.9 (= 4.4.67–4.5.9). imagines luce depictas scrutanti mihi uix usquam lux uisa est sed fere ubique caligo. unde in apparatu critico nihil ex silentio de lectionibus harum laciniarum est inferendum. **Tr**

agmen claudit Vaticanus Ottobonianus lat. 1469, membr., saec. xi–xii, qui continet Tristia binis columnis ff. 23–45. duae sunt manus, una uetustior quae desinit 4.8.17, altera recentior quae textum perducit ad finem. primus hunc codicem protulit C. Questa (1959), adhibuit sed non plene Luck (1967), non enim quantum in re critica ualeret intellegebat, uelut in transitu usurpauit André (1968), denique breuiter sed exacte aestimauit Tarrant (1983). ego primus semper et ubique respexi. **V2**

1 reuera duae sunt manus, sed coaeuae et manifesto collaborantes; unde inter eas non discrimino.

DE TRADITIONE MANUSCRIPTA

De hac re subtiliter disputauerunt Tank (1879) Owen (1889) Luck (1967), summatim Tarrant (1983). ei maxima ex parte consentiunt, eorumque consensui ipse consentio. quomodo se mihi res habere uideatur, paucis propositionibus demonstrabo, et quibus locis necessarium est exempla subiungam. praemonendum est exempla me uelut ex superficie collegisse et bene scire non idem omnibus inesse pondus probandi. ueras a falsis lectionibus in hac disceptatione non diiudico: in talibus enim traditionibus qualis est Tristium nulla est lectio seu uera seu falsa quae contaminando migrare non possit.

1. iam antiquis temporibus penitus interpolatus est textus, ut monstrat 1.11.12 ubi auctoris uerba *omnis ab hac cura cura leuata mea est* (= CIL 6.2.9632) sunt corrupta in *omnis ab hac cura mens releuata mea est.*

2. archetypum codicem quondam extitisse declarat ingens communium corruptelarum numerus.

ex. gr. cito 1.1.40, 1.3.100, 1.8.35, 1.9a.32, 2.94, 2.111, 2.125, 2.145 (cf. Mac), 2.236, 2.402, 2.426, 2.438, 2.449, 2.481, 2.507, 2.553, 3.1.67, 3.4a.15, 3.5.53, 3.6.8, 3.7.41, 3.8.36, 3.11.61, 3.11.64, 3.11.71, 3.12.52, 3.13.9, 3.14.19, 4.1.50, 4.2.40, 4.2.69, 4.7.1, 4.8.5, 4.8.6, 4.8.14, 4.8.27, 4.8.30, 4.9.3, 5.1.16, 5.1.23, 5.2b.30, 5.4.29, 5.5.32, 5.7a.17, 5.8.11, 5.8.30, 5.9.35, 5.12.7, 5.12.33, 5.13.6, 5.14.12, 5.14.21, 5.14.23, 5.14.34.

3. illud quod quondam extitit archetypus codex non inpedit quominus quouis post archetypum scriptum tempore lectiones uelut ex latere in traditionem se insinuare potuerint. nullus dubito quin uerae lectiones quae in solo **M** uel **Tr** uel **V2** leguntur (ex. gr. 1.2.33, 1.5a.11, 1.5b.9, 1.9a.5, 1.9b.4, 1.10.49, 2.138, 2.296, 2.495, 3.5.3, 3.6.16, 4.4b.2, 4.4b.31, 5.4.14) recto tramite traditae sint, sed eae

quas singuli codices minus uetusti offerunt id quod supersunt conferendo non coniectando licet debeant. exempla singularium lectionum haec habeto:

1.2.70 **B**, 1.2.90 **O1**, 1.2.91 **F2**, 1.3.99 **V6**, 1.5a.8 **K**, 1.10.24 **O2**, 1.11.31 **T**, 1.11.42 **B2ac**, 2.17 **U1**, 2.60 **P4**, 2.66 **H2**, 2.139 Fpc, 2.167 **J**, 2.299 **V**, **B**, 2.353 Vincent. Bellouac., 2.457 **V6pc**, 3.5.31 **K**, 3.7.27 **T**, 3.7.29 **C**, 3.7.41 **L2**, 3.8.2 **P5**?ul, 3.8.19 **J**, 3.9.18 **K**, 4.1.48 **V**, 4.2.18 **P4ul**, 4.2.23 **P5ul**, 4.2.56 **J**, 4.2.61 **B2**, 4.2.62 **B2ac**, 4.3.74 **J**, 4.3.76 **T**, 4.4a.47 **aul**, 4.6.26 **J**, 4.9.17 **E**, 4.10.92 **K**, 5.1.44 **K4**, 5.2a.21 **T**, 5.2b.26 **T**, 5.3.20 **P6**, 5.3.42 **K4**, 5.3.55 **Dul**, 5.6.3 **O3**, 5.7a.24 **P3**, 5.9.25 **B**, 5.10.12 **L4**, 5.12.28 **e**.

4. mediaeualem traditionem bifariam esse diuisam ex eo concluditur quod 5.1.18 **AGHPV** (quibus **L4** subiungo) recte legunt *aptior, ingenium come, Tibullus erit,* ceteri codices una uoce *et plures quorum nomina magna uigent,* quae textus conformatio manifeste interpolata est. quandam familiam formant **AGHL4PV**, eamque adeo artam ut proprium sibi siglum apud Owenium (Γ) et Luckium (N) uindicet. familiaris necessitudinis haec citentur exempla:

1.2.21, 1.2.29, 1.2.41, 1.2.55, 1.2.63, 1.4.25, 1.5b.9, 1.8.42, 1.10.36 (cum **M**), 1.10.46 (cum **M**), 2.147 (cum **M**), 3.2.24 (cum **M**), 3.11.11, 4.2.67 (cum Mac), 4.10.107, 5.9.15.

5. et tamen, ut familiam formant, sic, quemadmodum in humanis familiis saepe fit, hi sex non ita raro inter se discordant, et nunc hi nunc illi a reliquis recedunt. exempla sunt:

1.1.124, 1.2.78, 1.2.92, 1.3.97, 1.4.5, 1.4.6, 3.3.81, 3.4b.4, 3.7.11, 3.7.51, 3.10.16, 3.10.19, 3.11.54, 3.13.1, 4.1.26, 4.1.42, 4.2.6, 4.2.34, 4.2.68, 4.3.22, 4.3.29, 4.4a.16, 4.4a.25, 4.4a.41, 4.4b.4, 4.7.1, 4.8.19, 4.10.44, 5.1.24, 5.2a.40, 5.6.4, 5.7b.12.

saepius fortasse quam ceteri per se soli stant **AL4**: aliis uerbis Politiani Marcianus cum ceteris saepius rixatur. item **G** familiam deserit 4.1.77, 4.10.26, 4.10.119, 5.1.7.

6. codicum superstitum uetustissimi **TrMV2** artius in-

ter se coniuncti sunt et ad familiam **AGHL4PV** propius accedunt. confer sis:

1.10.36, 1.10.46, 1.11.15, 2.8, 2.11, 2.89, 2.117, 2.147, 2.211, 2.377, 2.567, 3.2.24, 3.5.40, 4.2.67, 4.3.77, 4.4a.41, 4.4a.51, 4.4a.53, 4.4b.8, 4.4b.22, 4.4b.25, 4.4b.31, 4.5.2, 4.5.8.

7. ut codices **TrMV2** et **AGHL4PV** textui constituendo plurimum prosunt, nequaquam semper rem acu tangunt, nec plus uenerationis merentur quam quod lectionum uirtute sibi adrogare possunt. alii enim codices, neque id raro, ueram lectionem praebent ubi errant uetustissimi. ex. gr. laudo

1.10.6, 1.10.8, 1.11.2, 1.11.14, 2.21, 2.87, 2.91, 2.155, 2.168, 2.251, 2.373, 3.5.15, 3.5.16, 3.6.27, 3.8.13, 3.11.54, 3.13.13, 4.1.81, 4.7.24, 4.9.7, 4.9.23, 5.6.45, 5.8.17, 5.10.32, 5.12.18, 5.14.1.

8. fortiter mehercle sed nequiquam Luck (ed. 18) stemma delineare conatus est. ut enim adfines **TrM** et **AGHPV** idoneo loco constituere poterat, ita ceteros temere nec certa ratione ut mihi uidetur locauit. quod autem multo maioris est momenti, fracta linea quae a sinistro stemmatis latere ad dexterum transit, cum fere omnes codicum coniunctiones permittat, ea ipsa re depictionis utilitati plurimum detrahit: nempe uix ullus est codex cui ad ullum alium negetur accessus.

9. si **TrMV2** et **AGHL4PV** excipias, ceteri codices alias et alias ineunt et deserunt necessitates, neque uno loco manent sed sunt semper instabiles. descensus lineas requirenti, quo magis per saecula descenditur, eo magis increscunt tenebrae, neque ut aiunt propter arbores silua dispicitur.

10. quae cum ita sint, consequitur ut semper et ubique ueritatem nil nisi ratio et res ipsa proclamet.

DE NONNULLIS EDITIONIBUS PRIORIBUS

Ab Ioue principium ut aiunt, non enim quisquam qui ad Ouidi textum recensendum adspirat decentius quam a Nicolao Heinsio (1620–1681), qui sospitator poetarum Latinorum summo iure nuncupatur, exordium potest sumere. quantum enim ille uir clarissimus tenebricosis nostri poetae locis elucidandis contulerit proclamare uix necessarium est. certe uixere fortes ante Agamemnona, et suas quisque pro suo Marte laudes merentur Bartholomaeus Merula (Enarrationes in Ouidium de Tristibus, Venetiis 1499), Andreas Naugerius (in Aldina altera a. 1515–1516), Iacobus Micyllus (Basiliae 1543–1549), Gregorius Bersmannus (Lipsiae 1582) et ipsius Nicolai pater Danielis (Leidae 1629), sed omnes antecessores toto caelo superauit Nicolaus, qui multo plures et eas feliciores in Ouidium coniecturas quam quisquam alius in tria suae editionis uolumina uelut ex inexhausto fonte profudit. detinet nos tertium uolumen, Amstelodami a. 1661 iuris publici factum, quo continentur Tristium libri primis editi curis. secundas curas qui quaerit, adeat editionem a Petro Burmanno Amstelodami a. 1727 emissam, adeat Heinsii Adversariorum libros Harlingae a. 1742 publicatos, adeat recensionem Rudolphi Merkelii (Berolini a. 1837 editam) qui Heinsianas schedas in regia bibliotheca seruatas diligentissime euoluit; ipse enim Heinsius Ouidium secundo curandi nec tempus habuit nec occasionem. apud Burmannum et Merkelium praesto est delectus inordinatus lectionum quas e codicibus manuscriptis collegerat Heinsius et coniecturarum quas editio

prima non continet. Heinsianae schedae hodieque partim Berolini partim Oxoniae conseruantur; de quibus copiose disputauerunt F. W. Lenz, H. Boese, F. Munari, sed copiosissime M. D. Reeve (uide infra XVIII).

quod ad editiones nono decimo saeculo proditas attinet, cum non multum singulae ad textum emendandum contribuant, tamen uniuersae non neglegendum proferunt fructum; nec messem suam negant disceptationes praesertim in Germania publicatae. Heinsio plerumque codicum notitias editores acceptas referre debebant, neque ante Owenium (ed. mai., Oxonii 1889) quisquam se penitus in manuscriptam traditionem inmergere inpulsus est. qui inpulsus utinam textui felix faustus fortunatus fuisset. pessima tamen omnibus horum carminum studiosis fortuna Owen in conferendis codicibus incuriosissimus fuit, et ualde mirus mirabilium errorum numerus (uelut in subscriptionibus *liber uite* pro *liber iste,* et ad 5.1.2 *moribus* pro *quattuor*) in critico apparatu deprenditur. uerum fatebor: quotiens errare licuit, errauit. quod autem magis dolendum est, eius errores recentioribus uiris doctis inposuerunt atque adeo in editionem alioquin laude dignissimam quam curauit Georgius Luck penetrarunt. ex altera tamen parte Luck suo auxiliatorumque Marte textus constitutionem adeo promouit ut post Heinsianam eius editioni danda sit palma.

DE HAC EDITIONE

Cum tam male apparatui critico a prioribus editoribus prospectum fuerit, illud mihi ante omnia proposui ut apparatum conficerem quam maxime fide dignum. itaque omnes quos primarios nomino codices ab integro contuli, idque bis terue, itemque et alios magno numero perlegi

lectionesque eorum in schedas contuli. ad apparatum construendum inter tredecim et quindecim (perraro, ubi adest **Tr**, sedecim) codices semper adhibui, eorumque lectiones plenissime rettuli. ceterorum codicum nec non editionum principum lectiones ut par uidebatur subinde suppleui, ut eorum qui manuscriptas traditiones inuestigant usibus prouiderem. in uniuersum eadem qua in Teubneriano Claudiano ratione rem gessi, eisdemque abbreuiationibus et notis usus apparatum Claudianeo simillimum reddidi. liceat huc transferre quae illic uerba dixi: 'apparatus ... modo positiuus est (ut nihil sit mente supplendum), modo negatiuus (ut ex silentio de testibus non diserte citatis inferendum sit), saepissime semipositiuus ... uelut in talibus qualia sunt' – et hic ex Ouidio exempla sumo – 1.1.69 expectes **AD**, *cett. mei*: expectas **D***sscr*; 96 et *cett. mei*: ut **P**, *Francius*; 127 uia **G**, *cett. mei*: mora $\mathbf{G}^2$. orthographica, quae non leue codicum indolis indicium praebent, in appendicem relegi.

uetustissimum ut in traditione non uetusta codicem Marcianum superstitiose uenerati Owen Ehwald Levy textum in peius dederunt. sit uetustissimus ille codex, tamen saepe ueritatem procul linquit, ubi rem recentiores acu tangunt. liceat iterum quae in Claudiano dixi repetere: 'in textu ... constituendo omnium quos noueram cuiuscumque saeculi codicum rationem habui, nullique deuotus sed neque ab ullo auersus, usquequaque suspicax quodcumque oblatum est testimonium aequa lance examinaui, eoque animo rem exequi studui ut ueram lectionem non minus a recentissimis quam a uetustissimis codicibus oblatam recipere essem paratus. sic enim se res habet. neque antiquitas auctoritatem parit, nec recentioribus eo quod recentiores sunt suae laudes denegandae sunt'.

denique, ut iam perorem, amplissimum in apparatu critico coniecturis locum feci. mendosissimus enim est Tristium textus, nec nisi diuinando se res promouebunt. usus autem docet etiam ex prauis coniecturis bonam aliquando posse prouenire solutionem. multorum igitur conatibus refertus est apparatus, nec pauca in ipsum promota sunt textum; quae utinam aliqua saltem ex parte lectori poetam propius adducant.

CODICES HEINSIANI

De Heinsianorum codicum inuestigatione utiliter disputauerunt F. W. Lenz, H. Boese et F. Munari, sed optime M. D. Reeve, cuius duae in Mus. Rhen. disputationes omni laude sunt dignae. equidem Heinsianas notitias cum meis collationibus conparaui ut rem semel conprobarem. en elenchus meorum siglorum et nominum Heinsianorum.

A	Politiani schedae *siue* Politiani Marcianus
a	Moretanus
B3	Relandinus
b1	Bernensis
C	Richelianus
d	Jureti
E	Gallicus *olim* Thuaneus
e	Arondelianus *uel* Pirckheimerianus
F	Hamburgensis Cathedralis ecclesiae
F2	Gottorpianus
G	Rottendorphianus
H4	Seguerianus
J	Junianus
K	Leidensis
K3	fragmentum Boxhornianum
K4	Zulichemianus
L1	alter Politiani *siue* Politiani Mediceus

L2	unus Mediceus 400 annorum
L3	Mediceus recens
L6	Strozzae
O2	Medonianus
O3	Mentelianus
O5	unus Heinsii
O6	Combii codex Venetus
P	unus Palatinus
P2	Puteaneus
P3	Regius
P4	Colbertinus
p3	Patauinus
Q	Seruii
R	Francofurtanus
U2 *et* U3	Bononienses
V	primus et optimus Vaticanus
V7	alter Palatinus
V10	Barberinus
V11	fragmentum Reuii

Vossianus quis fuerit nescio (certe non in his carminibus Oxoniensis Bodl. Auct. F. 2.1); Hafniensis a. 1728 combustus est; Louaniensis Buslidianus (= Louan. Bibl. Uniu. 18) a. 1914 flammis consumptus est (unum tamen folium ab E. Reusensio, Eléments de paléographie, Louanii 1899, tab. xxxii no. 2 luce depictum est).

CONCORDANTIA SIGLORUM

Hall	Luck	Owen
A	**A**	**A**
a	$\mathbf{M}_0$	
B	**B**	**B**
B2	$\mathbf{B}_n$	**ψ**
B3	$\mathbf{B}_1$	**o**

Hall	Luck	Owen
b1	B_r	
b2	B_e	
C	C	C
D	D	D
d	D_i	
E	E	E
F	F	F
F2	G_o	
f	F_b	
G	G	G
G3	G_u	γ
g	B_o	
H	H	H
H2	L_n	η
H3	L_d	ζ
H4	L_o	ϱ
h	H_b	
J	E_t	ε
j	A_e	
K	K	K
K2	L_e	ς
K4	Z	
k1	C_r	
k2	C_m	
L1		δ
L2	L_r	β
L3	L_t	
L4	L_u	
L5	R_i	
M	M	L
m	M_a	λ
N	A_t	α
O1	O	O
O2	O_d	ν
O3	O_f	κ
O4	O_o	μ
O5	O_r	ξ
P	P	P

Hall	Luck	Owen
P2	$\mathbf{P}_u$	**φ**
P3	**R**	**R**
P4	$\mathbf{R}_e$	**υ**
P5	$\mathbf{P}_s$	**χ**
Q	**Q**	**Q**
R	$\mathbf{F}_f$	
S1	$\mathbf{M}_t$	
T	**T**	**T**
T2	$\mathbf{T}_u$	**ϑ**
T3	$\mathbf{T}_o$	**ι**
Tr	$\mathbf{T}_r$	**Θ**
U2	$\mathbf{B}_t$	
U3	$\mathbf{B}_u$	
U4	$\mathbf{B}_s$	
u1	$\mathbf{M}_u$	
V	**V**	**V**
V2	$\mathbf{O}_b$	
V3	$\mathbf{V}_d$	
V4	$\mathbf{V}_c$	
V5	$\mathbf{V}_a$	
V6	$\mathbf{V}_b$	
V7	$\mathbf{P}_a$	**π**
v4	$\mathbf{M}_c$	
W	$\mathbf{V}_i$	

GRATIARUM ACTIO

Inter optimas uirorum doctorum uoluptates est illud sententiarum commercium quo doctrina communicatur et emendationes in lucem prodeunt et tota res (ut semper omnes speramus) in melius promouetur. et maximam sane ego cepi uoluptatem ex alacri amicorum in haec mea studia studio quo roboratus hoc opus qualecumque ad finem ualui promouere. amicitiae ergo nominentur Iacobus Diggle Stephanus Heyworth Rolandus Mayer Iohannes Richmond et Annabella Ritchie qui omnes totum textum perlegerunt et interpretationes coniecturasque mecum communicauerunt. ante omnes tamen reuocandus est Carolus O. Brink olim Levy qui auctor et fautor huius operis extitit et in meo corde semper manebit.

Dabam Londinii, mense Februario 1995 J. B. H.

De nonnullis Vaticanorum codicum locis mihi dubiis certiorem me nuper fecit bibliothecae praefectus illustrissimus Leonardus E. Boyle, cui plurimas ago gratias. in plagulis corrigendis gratissimam opem obtulerunt amici P. T. Eden, C. W. Grocock, S. J. Heyworth, P. A. Holson, H. H. Huxley, R. G. Mayer, J. A. Richmond, et uxor A. L. Ritchie, quibus omnibus plurimum me acceptum referre confiteor.

Dabam Londinii, mense Septembri 1995

LIBRORVM CONSPECTVS

Editionum librorum disceptationum tabulam quam curauit Owen (ed. mai. cvii sqq.) hic totam quanta fuit repetere inutile existimaui. editiones uetustiores quae debent notari notaui, recentiores addidi. disceptationum quae post a. 1889 publici iuris factae sunt eas tantum memoraui quae mihi in re critica magis uel maxime respiciendae uidebantur.

Editiones

Editio princeps Romana, 1471
Editio princeps Bononiensis, 1471
Editio Veneta, 1474
Editio Veneta, 1480
Merula, Venetiis 1499
Editio Aldina prior, 1502–1503
Editio Aldina posterior (Andreae Naugerii cura), 1515–1516
Micyllus, Basiliae 1543–1549
Bersmannus, Lipsiae 1582
Ciofanus, Antuerpiae 1583
D. Heinsius, Lugduni Batauorum 1629
N. Heinsius, Amstelodami 1661
Burmannus senior, Amstelodami 1727
Merkelius, Berolini 1837
Merkelius, Lipsiae (BT) 1850
Riese, Lipsiae (Tauchnitz) 1874
Owen, Oxonii 1889
Owen, Londinii (Corp. poet. lat. Postgatii cura) 1894
Owen, Oxonii (OCT) 1915
Landi, Augustae Taurinorum (Parauiana) 1918
Ehwald-Levy, Lipsiae (BT) 1922
Wheeler, Londinii et Noueboraci (LCL) 1924; ed. altera Gooldii cura, Londinii et Cantabrigiae Mass. 1988

Luck, Turici et Stutgardiae (Artemis) 1963
Luck, Heidelbergae 1967
André, Parisiis (Budé) 1968

Disceptationes

Albrecht, M. von, Gnomon 37 (1965) 491–496 [recenset Luckii Artemisianam editionem]
Alton, E. H., Quaestiunculae Ouidianae, Hermathena 19 no. 43 (1922) 276–291
–, The Zulichemianus, Mazarinianus and other manuscripts of the Fasti of Ovid, Hermathena 20 no. 44 (1926) 101–118
–, et alii, A catalogue of the manuscripts of Ovid's Fasti, BICS 24 (1977) 37–63

Bailey, D. R. Shackleton, Ouidiana, CQ 4 (1954) 165–170
–, Notes on Ovid's poems from exile, CQ 32 (1982) 390–398
Bakker, J. T., P. Ouidi Nasonis Tristium liber V commentario exegetico instructus, Amstelodami 1946
Boese, H., Zu den Ovidkollationen des N. Heinsius, Philologus 106 (1962) 155–173
Bentley, R., coniecturae ab Owenio collectae, ed. mai, cvi et 219 sqq.
–, coniecturae ap. E. Hedickium, q. u. omnes ipse meis oculis probaui
Burmannus, P., Sylloges epistolarum ... tomi quinque, Leidae 1727

Camps, W. A., Notes on Catullus and Ovid, CQ 37 (1987) 519–520
Courtney, E., Gnomon 44 (1972) 80–82 [recenset Andreanam editionem]
Cunningham, I. C., Latin classical manuscripts in the National Library of Scotland, Scriptorium 27 (1973) 67–69

Damsté, P. H., Ad carmina Ouidi in exilio composita, Mnem. 46 (1918) 1–37
Delz, J., Kritische Bemerkungen zu Tibull, Ovid und Martial, Mus. Helu. 28 (1971) 49–59

Diggle, J., Notes on Ovid's Tristia, Books I–II, CQ 30 (1980) 401–419
–, coniecturae mecum per litteras communicatae
Dousa, J., Praecidanea pro Tibullo, Antuerpiae 1582
Ehwald, R., Ad historiam carminum Ouidianorum recensionemque symbolae, I Gothae 1889, II Gothae 1892
Ellis, R., Owen's Tristia, Hermathena 7 (1890) 183–212
Faber, T., Epistolae, ed. altera, Salmurii 1674
Ganzenmüller, C., WKlPh 36 (1919) 29–33 [recenset Damsteanam disceptationem]
Gilbert, J., Ouidianae quaestiones criticae et exegeticae, Misenae 1896
Goldbacher, A., Zur Kritik und Erklärung des zweiten Buches der Tristien d. Ovid, WS 26 (1904) 260–289
–, Der Laurentianus zu Ovids Tristien, WS 43 (1923) 71–80
Golling, J., Zu Ovid Tristia V 1,44, WS 30 (1908) 34
Gronouius, J. F., Obseruationum libri quatuor, Lipsiae 1755
Hall, J. B., Notes on various passages in Ovid's Tristia, Euphrosyne 16 (1988) 125–138
–, Problems in Ovid's Tristia, PCPhS Suppl. 15 (1989) 20–38
–, More notes on Ovid's Tristia, Euphrosyne 18 (1990) 85–98
–, Ovid, Tristia 2.77–80 & 5.11.25–28, LCM 16 (1991) 37–38
–, Seven notes on Ovid's Tristia, LCM 16 (1991) 83–84
–, Additional notes on Ovid's Tristia, Euphrosyne 20 (1992) 131–148
Hartman, J. J., Ad Ov. Tr. V, 9, 35, Mnem. 44 (1916) 17
Hedickius, E., Studia Bentleiana V: Ouidius Bentleianus, Freienwaldae 1905
Heinsius, N., Aduersariorum libri IV, Harlingae 1742
–, anecdota ap. Burmannum et Merkelium
Hendry, M., Three conjectures on Ovid's Tristia, LCM 18 (1993) 5–7
Heumannus, C. A., Parerga critica, Ienae 1712
Heyworth, S. J., Notes on Ovid's Tristia, PCPhS 41 (1995)
–, coniecturae mecum per litteras communicatae
Hilberg, I., Die Gesetze der Wortstellung im Pentameter des Ovid, Lipsiae 1894
Housman, A. E., Notes on Latin poets, CR 4 (1890) 340–342 (= CP 132–135)

–, Aduersaria orthographica, CR 5 (1891) 293–296 (= CP 175–180)
–, coniecturae ap. Owenium (1894)
–, Cambridge Review 37 (1915) 60 (= CP 903–904) [recenset Owenii OCT]
–, Ovid, Ibis 512 and Tristia III 6 8, CQ 9 (1915) 31–38 (= CP 905–912)
–, Ouidiana, CQ 10 (1916) 130–150 (= CP 917–939)
–, Nihil in Ovid, CR 33 (1919) 56–59 (= CP 1000–1003)
–, De nihilo, CR 34 (1920) 161–164 (= CP 1012–1015)
–, [Ovid, Trist. III 2 23–4], [PCPhS 1927, 31] (= CP 1274)

Jonge, T. J. de, P. Ouidi Nasonis Tristium liber IV commentario exegetico instructus, Groningae 1951
Jortin, J., Miscellaneous observations upon authors ancient and modern, 2 tomi, Londinii 1731–1732

Kenney, E. J., The poetry of Ovid's exile, PCPhS 11 (1965) 37–49
–, coniecturae ap. Luckium
–, CR 20 (1970) 340–342 [recenset Andreanam editionem]

Lee, A. G., coniecturae ap. Luckium
Lenz, F. W., Die Wiedergewinnung der von Heinsius benutzten Ovidhandschriften in den letzten fünfzig Jahren, Eranos 51 (1953) 66–88
–, A disputed question, Ovid, Tristia I 9, Latomus 28 (1969) 583–587
Luck, G., Textprobleme der Tristien, Philologus 103 (1959) 100–113
–, Notes on the language and text of Ovid's Tristia, HSCP 65 (1961) 243–261
–, Untersuchungen zur Textgeschichte Ovids, Heidelbergae 1969

Madvig, J. N., Aduersaria critica, tom. II, Hauniae 1873, 96–100
Magnus, H., BPhW 12 (1892) 1486; BPhW 40 (1920) 153–160 [recenset Nemethianum commentarium]; PhW 44 (1924) 244–253 [recenset Ehwaldii-Leuii editionem]
Mayer, R. G., coniecturae mecum per litteras communicatae

Munari, F., Manoscritti Ovidiani di N. Heinsius, SIFC 29 (1957) 98–114
Némethy, G., Commentarius exegeticus ad Ouidii Tristia, Budapestini 1913
–, Supplementum commentariorum ad Ouidii Amores, Tristia et Epistulas ex Ponto, Budapestini 1922

Owen, S. G., Ovid, Tristia I.5.25, I.11.15, II.357, 358, CR 2 (1888) 180–181
–, Tristia III, ed. altera, Oxonii 1893
–, Tristia I, ed. tertia, Oxonii 1902
–, On some passages of Ovid's Tristia, CQ 8 (1914) 21–34
–, Tristium liber secundus, Oxonii 1924

Palmer, A., Notes on the Tristia, Hermathena 7 (1890) 268–275
Postgate, J. P., coniecturae ap. Owenium (1894)
–, Notes on Ovid's Tristia and Ex Ponto, CQ 10 (1916) 190–191

Questa, C., Ovidio nell' Ottoboniano lat. 1469, Scriptorium 13, 2 (1959) 217–232

Reeve, M. D., Heinsius's manuscripts of Ovid, RhM 117 (1974) 133–166
–, Heinsius's manuscripts of Ovid: a supplement, RhM 119 (1976) 65–78
Richmond, J. A., coniecturae mecum per litteras communicatae
Ritchie, A. L., coniecturae mecum uiua uoce communicatae
–, Notes on Ovid's Tristia, CQ 45 (1995)

Schraderus, J., Liber emendationum, Leouardiae 1776
–, anecdota ap. Merkelium

Tank, F., De Tristibus Ouidii recensendis, Stettini 1879
Tarrant, R. J., in Texts and Transmission, ed. L. D. Reynolds, 282–284, Oxonii 1983
Traill, D. J., Ovid, Tristia 2.8, 296 and 507: happier solutions, Hermes 120 (1992) 504–507

Vogel, P., Kritische und exegetische Bemerkungen zu Ovids Tristien, Schneebergae 1891

Watt, W. S., The plural of aliquis, Glotta 57 (1979) 254–259
–, Notes on Ovid's poems from exile, Illinois Classical Studies 13 (1988) 85–93
–, Ouidiana, Mus. Helu. 52 (1995) 106–107
[Willymott, W.], Electa minora ex Ouidio, Tibullo et Propertio usui scholae Etonensis, Londinii 1705 etc.

Zinzerlingius, I., Criticorum iuuenilium promulsis ... subiunctae sunt diatribae duae, Lugduni 1610

CODICVM PRIMARIORVM SIGLA ET NOTARVM EXPLICATIO

A	Politiani Marcianus deperditus uel amissus, saec. xii (?)
B	Berolinensis Diez. B. Santen. 1, saec. xiii
C	Parisinus Genouef. 2408 (Y.1.3), saec. xiii
D	Gothanus membr. II. 122, saec. xiii
E	Parisinus lat. 8239, saec. xiii
F	Hauniensis Gl. Kgl. S. 2014, saec. xii
G	Guelferbytanus Gud. lat. 192, saec. xiii
G^2	eiusdem codicis manus altera
H	Londiniensis Bibl. Brit. Add. 49368, saec. xiii
K	Leidensis B. P. L. 177, saec. xiii
L4	Laurentianus 91 sup. 25, saec. xv
M	Laurentianus Marcianus 223, saec. xi
P	Vaticanus Pal. lat. 910, a. 1467
Q	Oxoniensis Bodl. Rawl. G. 101, saec. xv
T	Turonensis 879, saec. xii/xiii
Tr	fragmentum Treuirense, saec. x
V	Vaticanus lat. 1606, saec. xiii
V2	Vaticanus Ottob. lat. 1469, saec. xi/xii

His notis utor:

ac	ante correctionem
add.	add (it, -unt)
cett. mei	omnes quos primo loco laudo codices praeter eos quorum propria nota adlata est
codd.	omnes quos noui codices (non enim omnes noui)
edd. uett.	editiones uetustiores
edd. princ.	editiones principes, scilicet Romana et Bononiensis a. 1471
inc.	inc(ipit, -ipiunt)
in ras.	lectio in rasura addita

lpr	littera prima rubricata
ma	manus altera
mg	lectio in margine addita
mpr	manus prima
mr	manus recentior
mtert	manus tertia
om.	om (ittit, -ittunt)
omnes mei	omnes quos primo loco profero codices
pc	post correctionem
sscr	lectio supra lineam scripta
ul	uaria lectio
uull	uariae lectiones
*	asteriscus lectionem fortasse rectam denotat
†	obelus indicat corruptelam
+	in siglorum serie crux indicat codicem cuius siglo adfixa est primum carmina adiacentia continuasse deinde capitulo marginali separasse
( )	unci lunati indicant (i) in siglorum serie meram collationem non plenum textum, uelut (**A**) et (**G**^{2}), (ii) in ipso apparatu critico codicem ad quem res spectat lectionem quae praecedit parum accurate dedisse

LIBER PRIMVS

1

Parue – nec inuideo – sine me, liber, ibis in urbem,
ei mihi! quo domino non licet ire tuo.
uade, sed incultus, qualem decet exulis esse;
infelix, habitum temporis huius habe.
5 nec te purpureo uelent uaccinia fuco –
non est conueniens luctibus ille color –
nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
candida nec nigra cornua fronte geras.
felices ornent haec instrumenta libellos:
10 fortunae memorem te decet esse meae.
nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
hirsutus passis sed uideare comis.

Carm. 1 (A)BCDEFG(G[2])HKL4PQTVV2] **1** nec G, *cett. mei* : neque G[2]V2B2d **2** quo AK*ul*TR*ul, Atilius Fortunatianus* (*GLK* 6.291.17 *ul*) : quod A*ul*C?K, *cett. mei* : cum *Atilius Fortunatianus* **5** non P5 fuco AG?HL4PVV2 : suc(c)o BC?DEF?KQTL1 **6** iste B3P4P5 **7** notetur G[2], *cett. mei* : notentur G : linatur *Heinsius* **8** cornua … candida P5 ne *Par. lat. 7647* **9** ornant KT **9–10** *post* 12 *locat ed. Bonon.* **10** tuae Bb2 **11** fragili] secto T frontes D*pc, cett. mei* : frondes D*ac* **12** passis C?FGL4QVV2 : sparsis BDE G[2]HKPT sed H4P5 : ut *omnes mei* : ne *Dousa* comas *Hafniensis Heinsii, unde* passas comas *Heinsius*

neue liturarum pudeat; qui uiderit illas,
  de lacrimis factas sentiet esse meis.
15 uade, liber, uerbisque meis loca grata saluta;
  contingam certe quo licet illa pede.
siquis, ut in populo, nostri non inmemor illic,
  siquis, qui, quid agam, forte requirat, erit,
uiuere me dices, saluum tamen esse negabis –
20 id quoque, quod uiuam, munus habere dei –
atque ita te cautus quaerenti plura legendum,
  ne, quae non opus est, forte loquare, dato.

13–14 *om.* Q **14** factas de lacrimis E sentiet BDF TR*ul* : sentiat *cett. mei* **16** certo *ed. Bonon.* libet H3*ac*P2*ac* illa *cett. mei* : ipsa dH2 : ire B **17** *lpr* T ut in G, *cett. mei* : uti in J : in hoc G^3 illic O1*ma*, *Zinzerlingius* : illi G : illo AD*ul*, *cett. mei* : ille P5 : extat CDFG^2KL1, *ed. Bonon.* *pro hoc uersu uersus adulterinus* (ciuibus ex nostris rudibus uel dogmate doctis) *legitur in* NO3P4, *ante hunc uersum legitur in* F **18** siquis qui quid BCD*pc*EFGHK*pc*P*ac*TV2*pc* : siquis quis quid D*ac* : siquis quicquid K*ac*L4P*pc*VV2*ac* : si quisquam quid QP4 : et si quid V7 : ciuis qui quid *Heinsius* requirat EK QJ : requiret DGHL4PVV2 : requirit BCFT **19** dicas *ed. Bonon.* sanum b1 negato V **21** atque ita te F*ac*B2V6*pc*, *Merula in textu* : atque ita tu F*pc*, *cett. mei* : atque in te J : daque ita te (*cum* et 22) *Shackleton Bailey* cautus V10 : tacitus D*pc*, *cett. mei* : tacitum B2 : taceas O4 : iubeo D*ac* quaerent si *Luck* legendum] legendus *Riese* : legentes *Luck* **22** ne D? G^2, *cett. mei* : et AGHL4PVL1 : neu *Shackleton Bailey* quae AG?, *cett. mei*, L1 : quod* CDEG^2KQ non opus est] opus non sit B : non sit opus *Heinsius* forte] ipse T dato *Heinsius* : caue *omnes mei*

protinus admonitus repetet mea crimina lector,
   et peragar populi publicus ore reus.
25 neu te defendas, quamuis mordebere dictis:
   causa patrocinio non bona peior erit.
inuenies aliquem, qui me suspiret ademptum,
   carmina nec siccis perlegat ista genis,
et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,
30 sit mea lenito Caesare poena leuis.
nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,
   placatos miseris qui uolet esse deos;
quaeque uolet, rata sint, ablataque principis ira
   sedibus in patriis det mihi posse mori.

23 *s. an genuinum hoc distichon? numquam enim* populi ore *accusatus est poeta* (2.131 *s.*), *neque in ipso operis initio* crimina *se admisisse uoluisset confiteri* **23** repetat *tres libri ap. Heinsium* crimina C*sscr*F*ul*G² : carmina ACFG, *cett. mei* **24** ut *exc. Vossii* **25** neu (*iam Heinsius*) te defendas (*iam* D) *coniunxit Hall* : tu caue defendas *cett. mei* : nec te deffendas D (*cum uull* ne, caue ... te, me *sscr.*) : nec defendas te K : non me defendas L2 : me caue defendas O4 : neu caue defendas *Heinsius* **26** peior DEb2*ul*R*ul* : maior D*ul, cett. mei* **27** illic a lugebit P3 **28** perlegat CFGQTV2L1 : perleget BDEG²HKP : qui legat AL4V ista *cett. mei* : illa L2 : iste O3*ac, ed. Bonon.* : ille AEL1 : ipse B **29** secum tacitus B qui H3 **30** minor* BK **31** siquis K4 ille A, *cett. mei* : ipse BDEQ V2 precamur C*sscr, cett. mei* : rogamus C **32** miseris DFG HKL4PQVV2 : miseri E : misero* BCD*ul*G³H*ul*T superos ... mihi H3 **33** quae uouet o *uel* ah *Heinsius* ablata-] placata- O1 : pacata- *Dan. Heinsius* : sublata- *uel* sedata- *Heinsius* principis V2, *cett. mei* : caesaris* V2*sscr*H2 : iudicis V11

35 ut peragas mandata, liber, culpabere forsan,
ingeniique minor laude ferere mei.
iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum
quaerere; quaesito tempore tutus eris.
carmina proueniunt animo deducta sereno:
40 nubila sunt subitis pectora nostra malis.
carmina secessum scribentis et otia quaerunt:
me mare, me uenti, me fera iactat hiemps.
carminibus metus omnis obest: ego territus ensem
haesurum iugulo iam puto iamque meo.
45 haec quoque quod facio, iudex mirabitur aequus,
scriptaque cum uenia qualiacumque leget.
da mihi Maeoniden et tot circumice casus;
ingenium tantis excidet omne malis.
denique securus famae, liber, ire memento,
50 nec tibi sit lecto displicuisse pudor:
non ita se praebet nobis Fortuna secundam
ut tibi sit ratio laudis habenda tuae.

35 perages *Heinsius* *notentur uarii uersuum ordines* : 36, 39, 37, 38, 40, 41, 42 *in* L4; 39, 40, 37, 38 *in* EGHPV; 37, 38, 42, 41, 43, 44, 39, 40 *in* O1 **36** mei ... minor CDEKR **39** deducta BC?DEFG²KQ : diducta H*ul*TV2L1 : dictata AG HL4PV **40** solitis b1 pectora *Heinsius* : tempora *cett. mei* : carmina K **41** secessum *cett. mei* : secessus V : successum (m) **42** uentus H2 **43** obest P4*pc*, *Francius* : abest *omnes mei* territus *Hall* : perditus *codd.* **45** haec DFG²K L4T : hoc AC?EGHPQVV2L1 : B *inc.* quod AEGHL4PQ VV2L1 : quae BCDFG²KT : dum H3 **47** circumice *Heinsius* : circumspice *codd.* : circum obice *Schraderus* **48** excidit O4 **49** ire G + G²*ul*, *cett. mei* : isse G²b2*ul* : esse BG³ **51** praebet nobis AC*ac*, *cett. mei* : nobis praebet* C*pc*DV6 : nobis praestat *Louaniensis Heinsii* : nobis precibus E: nobis gestat K serenam *Heinsius*

donec eram sospes, tituli tangebar amore,
quaerendique mihi nominis ardor erat:
55 carmina nunc si non studiumque quod obfuit odi,
sit satis; ingenio sic fuga parta meo.
tu tamen i pro me, tu, cui licet, aspice Romam –
di facerent, possem nunc meus esse liber!
nec te, quod uenias magnam peregrinus in urbem,
60 ignotum populo posse uenire puta.
ut titulo careas, ipso noscere colore;
dissimulare uelis, te liquet esse meum.
clam tamen intrato, ne te mea carmina laedant:
non sunt ut quondam plena fauoris erant.
65 siquis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum
non putet, e gremio reiciatque suo,
'inspice' dic 'titulum: non sum praeceptor amoris;
quas meruit poenas iam dedit illud opus'.
forsitan expectes an in alta Palatia missum
70 scandere te iubeam Caesareamque domum.

53 eram sospes C*pc, cett. mei* : sospes eram C*ac*V honore J **56** sic AL4PV sic] sit *ed. Romana* : nec *Heumannus* meo C*ac*G, *cett. mei* : meo est C*pc*DEG²KQV2 **57** tu tamen i A GHL4PQV : tu tamen et V2*mg* : i tamen et G²V2*ul, cett. mei* : sed tamen et V2 : i nunc et L1P4 : i tamen i *Heinsius* **58** possem nunc ABCD*ac*F?G²H*ul*TV*pc* : possem non G : posses nunc V*ac*V2 : posses non D*pc*EHKL4PQL1 **59** uenies B2, *Heinsius* **60** puta K*pc* (*ex* -at), *cett. mei* : putes G : puto Q : putem *Burmannus* **62** liquet DEFG²KQb2*ul* : licet F*sscr* G, *cett. mei* **63** ne *cett. mei,* L1 : nec AL4P **65** quia A, *cett. mei,* L1 : qua P : quod *ed. Bonon.* **66** reiciat- A, *cett. mei* : reiciet- H4 : proiciat- EH2L1m **69** expectes AD, *cett. mei* : expectas D*sscr*QL1m : explores P5 ut in* JR

ignoscant augusta mihi loca dique locorum!
uenit in hoc illa fulmen ab arce caput.
esse quidem memini mitissima sedibus illis
numina, sed timeo quae nocuere loca.
75 terretur minimo pinnae stridore columba,
unguibus, accipiter, saucia facta tuis;
nec procul a stabulis audet discedere, siqua
excussa est auidi dentibus agna lupi.
uitaret caelum Phaethon, si uiueret, et quos
80 optarat stulte, tangere nollet equos.
me quoque, quae sensi, fateor Iouis arma timere;
me reor infesto, cum tonat, igne peti.
quicumque Argolica de classe Capherea fugit,
semper ab Euboicis uela retorsit aquis:
85 et mea cumba semel uasta percussa procella
illum, quo laesa est, horret adire locum.
ergo, care liber, timida circumspice mente,
et satis a media sit tibi plebe legi.

71 tibi H2 **74** quae *Richmond* : qui *codd.* loca *Richmond* (locos *iam Hall*) : deos *codd.* **75** minimo] minime E : nimio B **76** tuis] simul *Bodl. Can. Patr. Lat. 43* : semel *Vincentius Bellouac. Spec. Hist. 7.16* **77** non b1, *ed. Bonon.* a *cett. mei,* L1m : ab AHL4PV : *uerb. om.* E discedere (F*pc?*), *cett. mei* : decedere F*ac* : secedere E : descendere dNP2 **79** pheton celum CEm **80** optarat AC?P, *cett. mei,* L1 : optabat P4 : optauit B3eP5 : optaret L4d? iungere K3 **81** quae *cett. mei* : qui TB3P4 cauere Q **82** tonet Q igne G, *cett. mei* : ille G²b1 premi G *in ras.* **84** retorsit *Bentleius* : retorquet *codd.* **87** ergo care O6*pc* (*mg*), *Merula in textu* : ergo caue B?G, *cett. mei* : ergo time G² : ergo age care* *Heinsius* (*qui et* caute *coni.*) timida Ob*pc* : et timida *omnes mei* **88** et m, *Merula in textu,* 'in nonnullis' *Naugerius* : ut DV2*ac, cett. mei* : an BD*ul*b1 : nunc V2*pc* : non K3O6*mg* : quod H4 : num *Heinsius*

dum petit infirmis nimium sublimia pinnis
90 Icarus, Icariis nomina fecit aquis.
difficile est tamen hinc, remis utaris an aura,
dicere; consilium resque locusque dabunt.
si poteris uacuo tradi, si cuncta uidebis
mitia, si uires fregerit ira suas,
95 siquis erit qui te dubitantem et adire timentem
tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi.
luce bona dominoque tuo felicior ipse
peruenias illuc et mala nostra leues;
namque ea uel nemo, uel qui mihi uulnera fecit
100 solus Achilleo tollere more potest.
tantum ne noceas, dum uis prodesse, uideto –
nam spes est nostro nostra timore minor –
quaeque quiescebat, ne mota resaeuiat ira,
et poenae tu sis altera causa, caue.

90 icariis nomina ... aquis *ed. Aldina prior* : icarias nomine ... aquas BCEFG^{2}KQTamR : equoreis nomina ... aquis A + A^{2}D*ac*L1*pc, florileg. Par. lat. 8465* : equoreas nomine ... aquas A(*iterum*)D*pc?*GHL4PVV2L1*ac* : ignotis nomina ... aquis *Mayer* signat* V5*sscr* **91** hinc C*ac*FGHL4PVV2 : hic D?KQV5 : an BC*pc*T : ut JR : *uerb. om.* E remis tamen hic *Heinsius* an aura F*sscr*Q, *cett. mei* : in aura L4 : ut aura F : an ala 'codex ... Servii' *Heinsius, perperam* : aura *tantum* E **93** uacuo poteris H3O2 tradi uacuo *ed. Bonon.* **94** ille L4V **95** uolentem GK **96** et *cett. mei* : ut P, *Francius* : at *Dan. Heinsius* (*cum* locutus) locutus BD **97** ipse BEHPR*ul* : ipso *cett. mei* opto ... ipso *uel* tuo ... opto *Shackleton Bailey* **100** pellere O6 **101** uideto F*sscr*G, *cett. mei* : memento EF G^{2}Td, *edd. princ.* : caueto *Bodl. Add. A. 208* **102** nostro *Hall* : animo FKV2JR : animi D, *cett. mei* : nimio D*ul* est omni *uel* est magno *Heinsius, qui et* exanimi *proposuit* **104** et *omnes mei,* m : ne b1b2m*sscr*V11 : neu *Riese* tu D, *cett. mei* : ne BD*sscr*EF (*pc? ex* nec)

105 cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus,
contigerisque tuam, scrinia curua, domum,
aspicies illic positos ex ordine fratres,
quos studium cunctos euigilauit idem.
cetera turba palam titulos ostendet apertos,
110 et sua detecta nomina fronte geret:
tres procul obscura latitantes parte uidebis;
sic quoque, quod nemo nescit, amare docent.
hos tu uel fugias, uel, si satis oris habebis,
Oedipodas facito Telegonosque uoces.
115 deque tribus, moneo, siqua est tibi cura parentis,
ne quemquam, quamuis ipse docebit, ames.
sunt quoque mutatae, ter quinque uolumina, formae,
nuper ab exequiis pignora rapta meis.
his mando dicas, inter mutata referri
120 fortunae uultum corpora posse meae;

105 nostrum] uestrum eNV10 : notum *Heinsius olim* **106** domum ... tuam O2 curua G, *cett. mei* : parua DEG^{2}Q b2*ul* : curta *Heinsius olim* **107** aspicies D*pc*T?, *cett. mei* : aspicias O4 : aspiceres D*ac* : accipies V illuc E illic aspicies K2 **109** ostendet BFGHKPQV : ostendit CDEF*sscr?*L4 T?V2 : ostendat V6 **110** geret BFGK*pc*V : gerit CDEL4Q T?V2 : gerent K*ac* : gerunt HPH2 : feret JR **112** sic quoque *Burmannus* (*qui et* hic quoque *proposuit*) : hi quoque G^2, *cett. mei* : hi qui GL4QV : hos qui *T. Faber* : hi quia *Vogel* **113** quos *Heinsius* uel tu mN **115** siqua est tibi] si sit tibi b1 : si quae tibi 'cum tribus scriptis. quod mollius' *Heinsius* **116** docebit HV2*pc, cett. mei* : docebis H*ul*VV2*ac* : dolebis O1 **118** exequiis] obsequiis V : exiliis O4 pignora *Hall* : carmina *codd.* **119** mando G, *cett. mei* : mando ut G^{2}b1

namque ea dissimilis subito est effecta priori,
flendaque nunc, alio tempore laeta fuit.
plura quidem mandare tibi, si quaeris, habebam,
sed uereor tardae causa fuisse morae;
125 et si quae subeunt tecum, liber, omnia ferres,
sarcina laturo magna futurus eras.
longa uia est, propera: nobis habitabitur orbis
ultimus, a terra terra remota mea.

2

Di maris et caeli – quid enim nisi uota supersunt? –
soluere quassatae parcite membra ratis;
neue, precor, magni subscribite Caesaris irae:
saepe premente deo fert deus alter opem.
5 Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo;
aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

121 nam quae F*pc*, *Luck* **122** alio B, *Heinsius* : aliquo *cett. mei* laeta] lenta D*ul?* : grata DK **124** sit ista T morae G², *cett. mei*, L1 : uiae AGL4QTV **125** et si A, *cett. mei* : quod si* L2*ul*, *Hafniensis Heinsii* : sed si *ed. Veneta a. 1474* **126** laturo BCDEFGKTL1 : laturi V2 : latori AHL4PQV **127** uia G, *cett. mei* : mora G² **128** a patria *Heinsius* mea GQ, *cett. mei* : mea est DEG²b1e : tua B : tua est *'liber Servii' teste Heinsio, perperam* **Carm.** 2 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQ TVV2] *separant* D (*litt. cap. init. sed nullum spatium*) K+V2 (*litt. cap. init. pc*), *cett. mei*: *continuant* KV2mO3O4P2P4 **2** parcite ... soluere H2 uela Q **3** magnae BEL4Qb2

oderat Aenean propior Saturnia Turno:
  ille tamen Veneris numine tutus erat.
saepe ferox cautum petiit Neptunus Vlixem:
10 eripuit patruo saepe Minerua suo.
et nobis aliquod, quamuis distamus ab illis,
  quid uetat irato numen adesse deo?
uerba miser frustra non proficientia perdo:
  ipsa graues spargunt ora loquentis aquae,
15 terribilisque Notus iactat mea dicta, precesque
  ad quos mittuntur non sinit ire deos.
ergo idem uenti, ne causa laedar in una,
  uelaque nescioquo uotaque nostra ferunt.
me miserum, quanti montes uoluuntur aquarum!
20 iam iam tacturos sidera summa putes.
quantae diducto subsidunt aequore ualles!
  iam iam tacturas Tartara nigra putes.
quocumque aspicio, nihil est nisi pontus et aer,
  fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

8 numine D*ul, cett. mei* : munere DKb1 **11** aliquod L4*sscr*T?, *cett. mei,* L1 : aliquid AL4PV : aliquis *ed. Bonon.* **12** quid Eb1m, *Par. lat. 7647* : quis *cett. mei* uetat *cett. mei* : uetet B : neget *'alius' ap. Burmannum* **13** nil G3 perficientia AL1 **15** dicta AFGQ*ul, cett. mei* : uerba DG²KQTL1 : uota N : uela F³*mg*b2?P4 : membra e, *ed. Bonon.* : *uerb. om.* E **17** nec ... laedor AL4 **18** uotaque nostra G, *cett. mei* : uerbaque nostra DG² : nostraque uota m **19** tanti *ed. Bonon.* tolluntur *Burmannus* **20** rapturos (*non* rupturos) P4 *ordo uersuum* 23, 24, 21, 22 *in* m **21** diducto CFKQT : diducte GHL4PVV2 : deducto BDE, *edd. princ.* **23** aspicio] aspicies O1O6, *Louaniensis Heinsii* : aspicias* *Heinsius* nihil G, *cett. mei* : nil* DG²? : non *ed. Bonon.* **24** tumidus K*pc* (*ex* -as) P*pc, cett. mei,* L1 : tumidis AF? L4*sscr.*P*ac* : timidis L4 nubibus] nubilus P : flatibus E

25 inter utrumque fremunt inmani murmure uenti;
nescit, cui domino pareat, unda maris:
nam modo purpureo uires capit Eurus ab ortu,
nunc Zephyrus sero uespere missus adest,
nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto,
30 nunc Notus aduersa proelia fronte gerit.
rector in incerto est, nec quid fugiatue petatue
inuenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.
scilicet occidimus, nec spes nisi uana salutis,
dumque loquor, uultus obruit unda meos.
35 opprimet hanc animam fluctus, frustraque precanti
ore necaturas accipiemus aquas:
at pia nil aliud quam me dolet exule coniunx;
hoc unum nostri scitque gemitque mali:
nescit in inmenso iactari corpora ponto,
40 nescit agi uentis, nescit adesse necem.

25 fremunt *cett. mei,* L1 : ferunt Am, *ed. Bonon.* : premunt O1 : super L4 immani murmure FG, *cett. mei* : immani turbine EF*sscr*G²V5 : immania murmura Q **26** magis H3 **27** rapit *unus Vaticanus Heinsii* **29** gelidus sicca boreas BCD FKV2b1 : sicca gelidus boreas AGHL4PQV : gelidus sicco boreas m : gelidus boreas sicca T : gelidus scithica boreas EL1 **32** ambiguis] assiduis H2 : in mediis L2 ars stupet G, *cett. mei* : a(d)stupet B2, *ed. Bonon.* : mens stupet G³ : obstupet (*cum* ipse) *Ger. Maurisius* ipsa] illa Pb2 : ipse B2b1*ac*P2*ac?* : ille *ed. Bonon.* : icta *Burmannus* **33** nisi uana V2O6*mg* : est ulla *cett. mei* super ulla saluti est *Heinsius* **34** unda maris F **35** opprimet] opprimat H2O1 : obruet H3H4*pc* **37** at pia G, *cett. mei* : at mea G² nil] non G3 **38** fletque T gemit- C*mg, cett. mei* : dolet- C **39** brachia D, *ed. Bonon.*

o bene, quod non sum mecum conscendere passus,
ne mihi mors misero bis patienda foret!
at nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,
dimidia certe parte superstes ero.
45 ei mihi, quam celeri micuerunt nubila flamma!
quantus ab aetherio personat axe fragor!
nec leuius laterum tabulae feriuntur ab undis
quam graue ballistae moenia pulsat onus.
qui uenit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:
50 posterior nono est undecimoque prior.
nec letum est miserum, genus est miserabile leti:
demite naufragium, mors mihi munus erit.
est aliquid, fatoue suo ferroue cadentem
in solida moriens ponere corpus humo,
55 et mandare suis suprema et habere sepulcrum
et non aequoreis piscibus esse cibum.

41 *nouum carmen ordiuntur* GL4 oBCDEFG²KTV2L1 : di(i) AD*ul*GHL4PQV : et H*ul* passus ... mecum KT **42** bis ... mors b1L2m, *ed. Bonon.* toleranda L2 **43** ipsa KT **45** micuerunt G, *cett. mei* : rubuerunt* BG² : concurrunt *ed. Bonon.* nubila G, *cett. mei* : sidera DG²H3H4k1R*ul*, *Par. lat. 7647* **47** laterum tabulae DK, *ed. Bonon.* : tabulae laterum *cett. mei* unda m **49** hic] huc Qd : hinc *ed. Bonon.* **51** non b1 est miserum *Hall* (*olim* miserum est) : timeo *omnes mei* : uereor b1 **52** demite G, *cett. mei* : desine G² : tollite L2 **53** -ue ... -ue *Heinsius* : -que ... -que *codd.* cadentem *ed. Bonon.* : cadente R*ul* : cadendum *omnes mei, ed. Romana* : cadenti k1*ac* : cadendo G3 : cadentis *Heinsius* **54** solida BE*pc*T : solita E*ac, cett. mei* **55** mandasse *Richmond* suprema et habere *Hall* : aliquem et sperare V2 : aliqua et sperare

fingite me dignum tali nece, non ego solus
hic uehor: inmeritos cur mea poena trahit?
pro superi, uiridesque dei, quibus aequora curae,
60 utraque, iam uestras sistite, turba, minas,
quamque dedit uitam mitissima Caesaris ira,
hanc sinite infelix in loca iussa feram.
si quam commerui poenam me pendere uultis,
culpa mea est ipso iudice morte minor.
65 mittere me Stygias si iam uoluisset ad undas
Caesar, in hoc uestra non eguisset ope.
est illi nostri non inuidiosa cruoris
copia; quodque dedit, cum uolet, ipse feret.

C*mg?*D*ac?*F*sscr?*QO6*pc* : aliquid et sperare BD*pc?*EFGHKL4 PV : aliquo et sperare O6*ac* : aliquid sperare TR : aliquod sperare C sepulcrum G, *cett. mei* : sepulcra H4 : salutem G² et mandata suis aliquid sperare sepulchra *Heinsius* : est aliquid mandare suis, sperare sepulchrum *Burmannus* : et mandare suis; aliquid sperare sepulchrum *Watt* **58** hic AG, *cett. mei* : huc DG²Vk1L1, *edd. princ.* : hinc b1 : hac *Burmannus* trahet K2 **60** manus b1 **61** iustissima E **62** in A, *cett. mei* : ad EK eL1m **63** quam commerui *Heinsius* : quam promerui* H4*ul* L2, *ed. Veneta a. 1474* : quamquam merui EFV2R : quia commerui *ed. Romana* : quia promerui H4 : quia quam merui a O3*pc?* : quoque quam merui ADGH(K)L4PVV2*ul* : quoniam merui BCD*ul*QTb1L1L2*ul* : quantam merui *Rappold* : quam non merui *Hall olim* poenam me B*pc?*CF*pc?*QTL1m : poena me AB*ac?*EGHL4PVV2 : me poena DKL2 pendere G² : perdere G, *cett. mei* **65** nam si *Heinsius* ad CG²b1R, *edd. princ.* : in* G, *cett. mei* **68** ipse G, *cett. mei* : ille G²B2b2

uos modo, quos certe nullo puto crimine laesos,
70 contenti nostris, di, precor, este malis!
nec tamen, ut cuncti miserum seruare uelitis,
quod periit, saluum iam caput esse potest.
ut mare considat uentisque ferentibus utar,
ut mihi parcatis, num minus exul ero?
75 non ego diuitias auidus sine fine parandi
latum mutandis mercibus aequor aro,
nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas,
oppida non Asiae, non loca uisa prius.
non ut Alexandri claram delatus ad urbem
80 delicias uideam, Nile iocose, tuas,
nunc faciles opto uentos: quis credere possit?
Sarmatis est tellus quam mea uela petunt.

69 uos modo] uos mihi CV : uos quoque Ke : at uos L2 certe nullo puto (E modo), *cett. mei* : nullo certe puto QT : certe puto nullo *ed. Bonon.* laesos Kb2*ac*P3R : laesi D, *cett. mei* : laedi B?D*ul*b1 **70** di B : iam D*pc, cett. mei* : ut D*ac* : uos NO2O6 esse BEK **71** nec] set D*ac* : et D*pc* **72** iam FG, *cett. mei* : non BDEF*sscr*(*ul?*) G^2 **73** considat CE*sscr* GL4*sscr* (*pc ex* -et), *cett. mei* : consistat D : subsidat C*sscr* Kb1*pc, edd. princ.* : succidat G^2 : sit placidum E ferentibus D, *cett. mei* : fauentibus D*mg*b1 **74** ut A, *cett. mei,* L1 : et *ed. Bonon.* num *Heinsius* : non *codd.* **77–78** *post* 80 *transposuit Ehwald* **77** nec] ne HL4PV : non CH*ul* petii quondam Tb1 **78** non loca AEGH*ul*L4QVL1 : non mihi BCDFG^2 HKPV2: nunc mihi D*ul*T, *Dan. Heinsius* *ad finem u. 78 plenam distinctionem posuit Hall* **79** ad D : in* *cett. mei* **81** nunc *Hall* : quod *codd.* : quo *Heinsius* : cum *Heyworth* faciles *Heinsius* : facile est *codd.* uentos opto H2P5 possit EL4Q VV2 : posset *cett. mei* **82** petunt] petent O4 : petant H2

obligor ut tangam laeui fera litora Ponti;
quodque sit a patria tam fuga tarda queror.
85 nescioquo uideam positos ut in orbe Tomitas,
uelocem facio per mea uota uiam.
seu me diligitis, tantos conpescite fluctus,
pronaque sint nostrae numina uestra rati;
seu magis odistis, iussae me aduertite terrae:
90 supplicii pars est in regione mei.
ferte – quid hic facio? – rapidi, mea carbasa, uenti!
Ausonios fines cur mea uela uident?
noluit hoc Caesar: quid quem fugat ille tenetis?
aspiciat uultus Pontica terra meos.
95 et iubet et merui; nec, quae damnauerit ille,
crimina defendi fasque piumque puto.

83 laeui tangam K2 laeui G^{2}, *cett. mei* : saeui DK : semi- B : leti- C : uelis G : sinis(tri) V **84** tam GTH4 : iam G^{2}, *cett. mei* **86** uelocem facio *Diggle* (*qui et* efficio celerem *proposuit*) : exilem facio *cett. mei* : exilii facio F*ul* (F *inc.*) QTV : exilio facio B2H3 : exilem facito m : efficio lenem *Hall* (*olim* efficio facilem. *epitheton, quod adest pro uaria lectione in* P4, *iam excogitauerat Gronouius*) : en celerem facio *Watt* **85** quo F*pc*, *cett. mei* : quos BF*ac*GL4V2 **87** cunctos C **88** nostra G? **89** iustae Q aduertite G^{2}, *cett. mei* : auertite GHP : uertite V **90** hac regione b1k1P4, *ed. Romana* mei O1, *Heinsius* : mori *omnes mei* **91** carbasa F2, *Heinsius* : corpora F, *cett. mei* : cornua F*ul* **92** uident BCDEG^{2}KTb2L1m : uolunt FGHPV : colunt J : iuuant AL4QV2 : tenent F*ul* : petunt b1R **93** quid] quod E : cur DGKb1 **94** aspiciat] aspiciet V5 : accipiat TV5*ul* **95** damnauerit ille D*ul*F*ac*, *cett. mei* : damnauerat ille BC(E)F*pc*PV2 : damnauerit ipse K : damnauerat ipse D **96** carmina PK -que ... -que C*pc*, *cett. mei* : -ue ... -ue* BC*ac*DFKTV2 puto C*pc*, *cett. mei* : puta C*ac*?H4

si tamen acta deos numquam mortalia fallunt,
  a culpa facinus scitis abesse mea.
immo ita, non cautum si me merus abstulit error,
100 stultaque mens nobis, non scelerata fuit,
quamlibet in minimis domui si fauimus illi,
  si uotis auxi publica uota meis,
hoc duce si dixi felicia saecula, proque
  Caesare tura pius Caesaribusque dedi,
105 si fuit hic animus nobis, ita parcite, diui!
  si minus, alta nocens obruat unda caput!

99 non cautum *Hall* : uos scitis D*pc?*EKQTH4L2 : si scitis BCFHL4PV2 : est scitis GV : di, scitis *Heinsius* sic me b1 merus *Camps* : meus *omnes mei* : malus b1H4O2P5*ul*R impulit *ed. Bonon.* **100** non nobis mens GHL4PV **101** quamlibet in minimis *conposuit Diggle e codicum uariationibus, quas sic breuiter constringam* : (*i*) quamlibet G²O2 : qua libet E : quam licet BKb1P4 : qua licet D*ul* : quo libet C : quo licet DH*ul* TV : quod licet C*mg*FGHL4PQV2; (*ii*) in DF*ac* : eBCEF*pc*H L4PQTVV2 : ex KeO2 : et GP4 qua licet et *Binsfeld* **102** si uotis auxi *Hall* : si satis augusti *cett. mei* : sint satis augusti V2d, *ed. Veneta a. 1474* : si satis adiuui *Bentleius* : si uox Augusti *Shackleton Bailey* : si sacra Augusti *Watt* uota meis *Bentleius, Menckenius* : iussa mihi *cett. mei* : iussa mei F2 : uisa mihi AL4 : iussa tuli b1b2*ul*k1P3 : causa mihi K2 : cura fuit K3 : iussa dei *Heinsius* **103** dixi C?D, *cett. mei* : duxi D*sscr*GKb2 saecula AC*sscr, cett. mei* : tempora BCEL1 proque H3H4O4R : pro quo *omnes mei* **104** pius ... dedi F (Q prius)V2JR*ul* : piis ... dedi C*pc?*, *cett. mei* : deis ... dedi B : dedi ... pius C*ac* : dedi ... piis B2H2*ac*k1 **106** sin *nescio unde* (*non* P) nocens *Heinsius* : cadens *omnes mei* : ruens H4

fallor, an incipiunt grauidae uanescere nubes,
uictaque mutati frangitur ira maris?
non casu, sed uos sub condicione uocati,
110 fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

3

Cum subit illius tristissima noctis imago,
quod mihi supremum tempus in urbe fuit,
cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui,
labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
5 iam prope lux aderat qua me discedere Caesar
finibus extremae iusserat Ausoniae.

107 uanescere A, *cett. mei* : euanescere BCDEKk1L1 **108** ira BFG^2KV2b2 : unda G, *cett. mei* **109** casu F*ac, cett. mei* : casus F*pc*B2H4*ac*P2 sed uos sub BDEG^2KTb1 : uos sed sub F (uos *add. sscr*) G, *cett. mei* : uos hac sub P5 : mihi sed sub L2 : sed ea uos *Heinsius* **Carm. 3** (A)BCDEFG(G^2)HK L4PQTVV2] *separant cett. mei*: *continuant* EdmNO3 **1** cum C*mg, cett. mei* : dum CDE?GV : P *inc.* **2** quod CQ : quae EF*pc?*H? B2O1 : qua F*ac?, cett. mei* **3** recolo Q **4** nunc DG^2H*ul* : tunc GH, *cett. mei* : tum T **5** qua G^2, *cett. mei* : cum AGHL4PQV discedere (F*pc*), *cett. mei* : decedere F*ac*V2, *Wakefield* **6** extremis CEK, *ed. Bonon.*

nec spatium nec mens fuerat satis apta parando:
  torpuerant parua pectora nostra mora.
non mihi seruorum, comitis non cura legendi,
10 non aptae profugo uestis opisue fuit.
non aliter stupui quam qui Iouis ignibus ictus
  uiuit et est uitae nescius ipse suae.
ut tamen hanc animo nubem dolor ipse remouit
  et tandem sensus conualuere mei,
15 adloquor extremum maestos abiturus amicos,
  qui modo de multis unus et alter erant.
uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
  imbre per indignas usque cadente genas.
nata procul Libycis aberat diuersa sub oris,
20 nec poterat fati certior esse mei.
quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant,
  formaque non taciti funeris intus erat.

7 nec spatium nec mens fuerat G, *cett. mei* : nec spatium fuerat nec mens DG²K : non spatium non mens fuerat C : nec mens nec spatium fuerat EH4m parando *Diggle, Richmond* : parendo V2 : parandi C*mg, cett. mei* : paranti Q : paratu* C **8** torpuerunt* *Kenney* parua *Hall* : longa *cett. mei* : nostra (... longa) E : dempta *Shackleton Bailey* pectora] tempora BEH4, *ed. Bonon.* : corpora e **9** non¹] nec H2H4k1 comitis F2*ul*V10 : comites *omnes mei* non²] nec b2*ac*H2Jk1P3 **11** quam cum P5 ictus] actus dP5*ul* : ustus a*ul*B3*pc*H2, *ed. Romana* **12** ille *Par. lat. 8465, ed. Romana* **13** animo P2 : animi* *omnes mei* **14** et K*ac, cett. mei* : ut K*pc* mei K*pc, cett. mei* : mihi K*ac* **15** extremum] infelix NR*ul* abiturus CFGL4*pc*QTVV2 : habiturus BDHL4*ac*KP : aditurus E **16** mihi m erat BGHL4PV **17** artius *Mayer* fouebat *Heinsius* **18** ingratas m **19** diuisa e (*non* P) **21** luctus gemitus-] gemitus luctus- DKb1H3H4O4 : planctus gemitus- *Burmannus* **22** non] nec E : in? H tanti *ed. Bonon.* instar N*ul*P4*ac*

femina uirque meo, pueri quoque funere maerent,
   inque domo lacrimas angulus omnis habet.
25 si licet exemplis in paruo grandibus uti,
   haec facies Troiae, cum caperetur, erat.
iamque quiescebant uoces hominumque canumque,
   Lunaque nocturnos alta regebat equos.
hanc ego suspiciens et ab hac Capitolia cernens,
30 quae nostro frustra iuncta fuere Lari,
'numina uicinis habitantia sedibus,' inquam
   'iamque oculis numquam templa uidenda meis,
dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,
   este salutati tempus in omne mihi.
35 et quamquam sero clipeum post uulnera sumo,
   attamen hanc odiis exonerate fugam,
caelestique uiro, quis me deceperit error,
   dicite, pro culpa ne scelus esse putet,
ut, quod uos scitis, poenae non nesciat auctor:
40 placato possim non miser esse deo.'
hac prece adoraui superos ego, pluribus uxor,
   singultu medios inpediente sonos.

25 paruo FG^2L4QV2 : paruis G?, cett. mei   in paruis exemplis Kb1   **26** troiae facies K   **27** *lpr*GHL4V   **29** ego AG, *cett. mei* : tunc F?G^2 (tum) TV2 (tum) L1N   et ab hac CD EF*sscr*G^2K : et ad hanc ABGHL4PQ : atque hac T : et hac V : et hec V2 : hec et F   **33** dii quoque linquendi V   tenet DK   **35** quamquam C*mg, cett. mei* : quam qui L4 : quoquam V : quamuis H2 : tamquam C   funera H4m, *ed. Romana* **36** attamen G, *cett. mei* : uos tamen G^2 **39** quod AF*sscr, cett. mei* : quid L4 : quae BCFKdL1   uos scitis AF, *cett. mei* : sentitis F*sscr*TB2   non *Hall* : quoque *codd.* : ne *Burmannus* nesciat *Burmannus* : sentiat *codd.*   **40** possim CKb1L1 : possum* A, *cett. mei* : possem B   non C*ul, cett. mei,* L1 : si AL4 VV2 : sic C   **42** praepediente* P5V10

illa etiam ante Lares passis adstrata capillis
  contigit extinctos ore tremente focos,
45 multaque in auersos effudit uerba Penates
  pro deplorato non ualitura uiro.
iamque morae spatium nox praecipitata negabat,
  uersaque in axe suo Parrhasis Arctos erat.
quid facerem? blando patriae retinebar amore,
50 proxima sed iussae nox erat illa fugae.
a! quotiens aliquo dixi properante 'quid urges?
  uel quo festines ire uel unde, uide!'
a! quotiens certam me sum mentitus habere
  horam, propositae quae foret apta uiae!
55 ter limen tetigi, ter sum reuocatus, et ipse
  indulgens animo pes mihi tardus erat.
saepe 'uale' dicto rursus sum multa locutus,
  et quasi discedens oscula summa tuli.

43 ipsa *ed. Romana* lares DG², *cett. mei* : aras D*ul*GKL4 QV passis CG, *cett. mei* : sparsis BC*mg*DEG²K, *edd. princ.* adstrata F?GB2P3*pc*P4 : prostrata BC*mg*D*ul*F*sscr?*Kd, *edd. princ.* : constrata Q : attracta CDHPT(V attacta)V2 : abstracta G³L1 : intracta AL4 : atrata A*ul* : affusa H4 : ablata E **44** extinctos ABC*mg*DEFG²H*ul*KL4TV2L1m : aeternos CD*ul*GHPV : externos V6 : extructos Q, *ed. Bonon.* : antiquos *Vossianus Heinsii* : hesternos *Heinsius* focos] rogos N : sonos T **45** ad V2 auersos C*pc?*V2, *Heinsius* : aduersos C*ac, cett. mei* : offensos b1 **47** *nouam elegiam indicat* B3 **48** -que in *Ieuerus, Hall* : -que ab *cett. mei* : sub C **50** proxima *Hall* : ultima *codd.* *ordo uersuum* 53, 54, 51, 52 *in* K *et* H2*ma* **52** festines P2*ac, ed. Romana* : festinas *omnes mei* **53** sum me H3 **54** praepositae *ed. Bonon.* uiae D*ul, cett. mei* : fugae CDKT **55** ipsi *Heinsius* **57** multa] plura Eb1 : uerba K **58** summa A, *cett. mei* : firma B : multa CDETL1O1 tuli *Hall* : dedi *codd.*

saepe eadem mandata dedi meque ipse fefelli,
60 respiciens oculis pignora cara meis.
denique 'quid propero? Scythia est quo mittimur,' inquam
'Roma relinquenda est: utraque iusta mora.
uxor in aeternum uiuo mihi uiua negatur,
et domus et fidae dulcia membra domus,
65 quosque ego dilexi fraterno more sodales,
o mihi Thesea pectora iuncta fide!
dum licet, amplectar; numquam fortasse licebit
amplius; in lucro est quae datur hora mihi.'
nec mora, sermonis uerba inperfecta relinquo,
70 amplectens animo proxima quaeque meo.
dum loquor et flemus, caelo nitidissimus alto,
stella grauis nobis, Lucifer ortus erat.
diuidor haud aliter quam si mea membra relinquam,
et pars abrumpi corpore uisa suo est.

59 refelli Q **60** grata H2, *ed. Bonon.* **61** quid] quod H : quo BETdR propero G, *cett. mei* : properas DG²Tb2 mitteris *Heinsius* **62** mora EK : mora est G², *cett. mei* : mora es *Heinsius* mora iusta est GHL4 (roma) P **63** extremum H2*ac*m negata est JR **65** quos ego CDKb1d fraterno dilexi* CDK corde T **66** pignora e, *ed. Bonon.* **67** amplectar C*sscr*DEF*sscr*GHKPQTV2 : amplector BCFG²L4V **68** lucro m, *ed. Bonon.* mihi est H2 **69** relinquo] relinquam V4 : reliqui DK **70** amplectens b2e, *ed. Bonon.* : complectens *omnes mei* proxima] dulcia J : singula a **73** si me … relinquant AL4 **74** iussa F2P5 suo est CGH, *cett. mei* : meo est B (mea) C*sscr*DEG²H*ul*K, *edd. princ.* : meo V4

75 [sic doluit Mettus tum cum in contraria uersos
ultores habuit proditionis equos.]
tum uero exoritur clamor gemitusque meorum,
et feriunt maestae pectora nuda manus.
tum uero coniunx umeris abeuntis inhaerens
80 miscuit haec lacrimis tristia uerba suis:
'non potes auelli; simul a! simul ibimus,' inquit
'te sequar et coniunx exulis exul ero.
et mihi dicta fuga est, et me capit ultima tellus;
accedam profugae sarcina parua rati.
85 te iubet e patria discedere Caesaris ira,
me pietas: pietas haec mihi Caesar erit.'
talia temptabat, sicut temptauerat ante,
uixque dedit uictas utilitate manus.
egredior – siue illud erat sine funere ferri –
90 squalidus inmissis hirta per ora comis.

75–76 *deleuit Heinsius, nec dubito quin spurium sit hoc distichon: atrocior enim est haec fabula quam ut Ouidi doloribus congruat, nec fuit ille proditor* **75** doluit Mettus *Salmasius* : doluit metius O6 : doluit melius V2 (*ul* medius) : doluit priamus *cett. mei* : priamus doluit P5 uersos *nescio unde* : uersus G, *cett. mei,* B2B3O1O6 **76** equos C*ac*B2 : equus C*pc, cett. mei,* B3 **78** pectora C, *cett. mei* : corpora C*mg* **80** uerba AC*mg, cett. mei* : dicta BCFKTV2L1 suis BEG²TN : meis G, *cett. mei* **81** non] ne V7 : num *Heinsius* (h)aDF*ac?*KTV2 : hinc D*ul*F*pc, cett. mei* : hac H2*pc?* : G *inc.* (G² sine me simul) **83** dicta *Hall* : facta *omnes mei* : capta O2 : lata *olim Shackleton Bailey* : aperta *Heyworth* capit G, *cett. mei* : tenet G²T terra m **85** a CDEKB2b2, *edd. princ.*

illa dolore amens tenebris narratur obortis
  semianimis media procubuisse uia,
utque resurrexit foedatis puluere turpi
  crinibus et gelida membra leuauit humo,
95 se modo, desertos modo conplorasse Penates,
  nomen et erepti saepe uocasse uiri,
nec gemuisse minus quam si nataeue meumue
  uidisset structos corpus habere rogos,
et uoluisse mali moriendo ponere sensum,
100 respectuque tamen non potuisse mei.
uiuat et absentem, quoniam sic fata tulerunt,
  absens auxilio subleuet usque suo.

91 amens G, *cett. mei* : gemens BG²Ke : mei O3*pc*O6 obortis CDG²KL4V2 : abortis BEFGHPQTV **92** uidua *Heinsius* uia QH4*ul*O4 : domo *cett. mei* **95** desertam K complorasse G, *cett. mei* : deplorasse EG²Kb1 **97** -ue ... -ue DF?K, *ed. Romana* : -ue ... -que *ed. Bonon.* : -que ... -que A, *cett. mei*, L1 : -que ... -ue TV2d meum- AG², *cett. mei* : uiri- G?HPV, *ed. Bonon.* **98** structos C, *cett. mei* : fractos C*sscr?* HP **99** mali V6, *Madvig* : mori F*pc?*, *cett. mei* : mori et D F*ac?* : semel *Shackleton Bailey* sensum *Luck* : sensus *codd.* **100** potuisse *Heinsius, Francius* : posuisse E : periisse F*sscr*, *cett. mei*, R*ul* : uoluisse Fb1JR : ualuisse F2*ul*, *Heinsius* mei ... tamen DB2H2 **102** absens *Hall* : uiuat et *omnes mei* : adiuuet k1 : uiuat ut *Salmasius, Gronouius* : ploret et *Shackleton Bailey* usque G, *cett. mei* : ipsa DEG²

4

Tinguitur Oceano custos Erymanthidos Vrsae,
  occiduasque suo sidere turbat aquas.
nos tamen Ionium non nostra findimus aequor
  sponte, sed audaces cogimur esse metu.
5 me miserum! quantis increscunt aequora uentis,
  erutaque ex imis feruet harena fretis!
monte nec inferior prorae puppique recuruae
  insilit et pictos uerberat unda deos.
pinea texta sonant pulsu, stridore rudentes,
10 adgemit et nostris ipsa carina malis.
nauita, confessus gelidum pallore timorem,
  iam sequitur uictus, non regit arte ratem.

Carm. 4 (A)BCDEFG(G^2)HKL4PQTVV2] *separant* C+ D+ G^2V+ N+, *T. Faber* : *continuant* CDGV, *cett. mei,* Jkl mN **2** occiduas- *Hall* : aequoreas- *codd.* **3** non nostra G, *cett. mei* : nostra non G^2B1e, *ed. Bonon.* findimus G^2, *cett. mei* : fundimus V : scindimus Q : G *inc.* **4** ire HP **5** increscunt A*ul*EGHPVb2O1R*ul* : nigrescunt B (-ent) CDF KQTV2L1 : me crescunt AL4 : turgescunt F2*ul* : crudescunt *Heinsius* uentis G, *cett. mei* : nimbis G^2 **6** fretis AL4O1, *ed. Bonon.* : uadis* G^2, *cett. mei, ed. Romana* : maris C : G *inc.* **7** puppiue GHL4PV (-is-) **9** texta Q*pc, cett. mei* : tecta GH L4PQ*ac*V : strantra (*.i.* transtra) K pulsu *Rothmaler* : pulsi V2*pc, cett. mei* : pulso L4V2*ac*B2 : pulse V2*ul* **10** adgemit et G^2, *cett. mei* : ingemit et GHL4PQV : ingemuit (E) **11** gelidum] gelido O3*pc* : gelidis E **12** insequitur D uictus] fluctus DK2 : uictam *uel* uicta *uel* uotis *Heinsius* non G, *cett. mei* : nec* BEG^2Kb1

utque parum ualidus non proficientia rector
  ceruici rigidae frena remittit equi,
15 sic non quo uoluit, sed quo rapit impetus undae,
  aurigam uideo uela dedisse rati.
quod nisi mutatas emiserit Aeolus auras,
  in loca iam nobis non adeunda ferar.
nam procul Illyriis laeua de parte relictis
20 interdicta mihi cernitur Italia.
desinat in uetitas, quaeso, contendere terras,
  et mecum magno pareat aura deo.
dum loquor et cupio pariter timeoque repelli,
  increpuit quantis uiribus unda latus!
25 parcite caerulei uos parcite numina ponti,
  infestumque mihi sit satis esse Iouem.
uos animam saeuae fessam subducite morti,
  si modo, qui periit, non periisse potest.

13 nil D uector FQV2dR **14** ceruici ... equi *Hall* : ceruicis ... equo *codd.* **15** non quo Q*pc, cett. mei* : quo non BFQ*ac*b1R trahit B3H2P4R **16** aurigam FK, *cett. mei* : rectorem F*sscr*K*sscr* ratis *Némethy* **19** Illyriis *T. Faber* : illyricis (*uel simm.*) *codd.* Illyrici ... relicti *Heinsius* **22** aura AC*ul*D*ac, cett. mei* : unda BCD*pc* (*et ul)* EFKL1m : ipse V2 **23** cupio pariter timeo- BCEQV2 : timeo pariter cupio-* DFG HL4P : timeo cupio pariter- K : pariter cupio timeo- T : timeo cupio nimium- V : cupio timeo pariter- b2 : pariter timeo cupio- m reuelli TH2H4*ul*k1*ac*V10 **25** uos parcite AGHL4 PV : uos saltem CDEFG²KQTV2L1 : nos saltem P2 : mihi saltem B **27** fessam saeuae B3b1H3L2

5a

O mihi post nullos umquam memorande sodales,
o cui praecipue sors mea uisa tua est,
attonitum qui me, memini, carissime, primus
ausus es adloquio sustinuisse tuo,
5 qui mihi consilium uiuendi mite dedisti,
cum foret in misero pectore mortis amor,
scis bene quem dicam, positis pro nomine signis,
officium nec te fallit, amice, meum.
haec mihi semper erunt imis infixa medullis,
10 perpetuusque animae debitor huius ero:
spiritus in uacuas prius hic euanidus auras
ibit et in tepido deseret ossa rogo,
quam subeant animo meritorum obliuia nostro,
et longa pietas excidat ista die.

Carm. 5a 1–10 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2; **11–44** (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : *continuant* Em **1** nullos umquam *Madvig* : ullos numquam A (*ul* illos) KL4 (illos) P, *cett. mei,* L1 : uisos numquam T : ullos nusquam *Heinsius* **2** o cui BC*ac?*DEFKQTV2 : o tibi G² : et cui C*pc?*GHL4PV tua GB3*ul* : sua G², *cett. mei* **3** ut memini T **4** eloquio BTB2em **5** rite *Owen* fuisti* L2 **7** quem *Diggle* : cui *omnes mei* : qui N*ac* **8** meum K : tuum *cett. mei* : pium *Burmannus* **9** infixa G², *cett. mei,* L1 : confixa AGHL4 : confissa V **10** animi B3N?P2 **11** *incipit* M in BCHL4M*sscr*PVV2 : et C*sscr*EGMe : hic DFK QT hic euanidus *Luck* : haec euanidus M*pc* : haec euandus in M*ac* : hic tenuandus in C*sscr*EGHL4P*mg*(V)V2 : hic tendamus in P : extenuandus in DFKQT : est tenuandus in B : extenuatus in b1b2 : hic uacuandus in C : euacuandus in F*sscr*B2 **13** animos ... nostros L2 **14** decidat L2

15 di tibi sint faciles et opis nullius egentem
fortunam praestent dissimilemque meae.
ni tamen haec nauis uento ferretur iniquo,
ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
20 si non infernas uiuus adisset aquas.
ut foret exemplum ueri Phoceus amoris,
fecerunt Furiae, tristis Oresta, tuae.
si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
Hyrtacidae Nisi gloria nulla foret.
25 scilicet ut purum spectatur in ignibus aurum,
tempore sic duro est inspicienda fides.
dum iuuat et uultu ridet Fortuna sereno,
indelibatas cuncta secuntur opes:
at simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
30 agminibus comitum qui modo cinctus erat.
atque haec, exemplis quondam collecta priorum,
nunc mihi sunt propriis cognita uera malis.

15 et opis] sisui M : tibi di *Ehwald* **16** dique deeque M **17** ni *Hall* : si *codd.* iniquo *Hall* : amico *cett. mei* : ab alto T **18** illa E **19** numquam K sentiret P3 **22** Oresta *Scaliger, Bersmannus* : (h)oreste *codd.* **23** rutulos L4M*pc*PQT V2*ac* : rutilos BCDEF*pc?*GHKVV2*pc* : rutilis M*ac* : rigidos O3*ac* Rutulo ... hoste *Madvig* iuisset *Francius* **24** nisi] niso b2 : fixi E : *uerb. om.* B **25** ut purum *Hall* : ut fuluum *cett. mei* : et saluum M : ut solidum *Wilamowitz* : ut flauum *Owen* **27** iuuat *cett. mei* : iuuet TV : fauet *Heinsius* ridet uultu O4P2 sereno G, *cett. mei* : secundo CG²Qb1, *ed. Bonon.* **30** cinctus] cunctus M : iunctus *ed. Bonon.* **31** exemplis G², *cett. mei* : exempli H : exemplo G : exempla V

uix duo tresue mihi de tot superestis amici:
cetera Fortunae, non mea turba fuit.
35 quo magis, o pauci, rebus succurrite lapsis,
et date naufragio litora tuta meo;
neue metu falso nimium trepidate, timentes
hac offendatur ne pietate deus!
saepe fidem aduersis etiam laudauit in armis,
40 inque suis quod amat, Caesar in hoste probat.
causa mea est melior, qui non contraria foui
arma, sed hanc merui simplicitate fugam.
inuigiles igitur nostris pro casibus, oro,
deminui siqua numinis ira potest.

5b

Scire meos casus siquis desiderat omnes, (45)
plus quam quod fieri res sinit, ille petit.
tot mala sum passus quot in aethere sidera lucent,
paruaque quot siccus corpora puluis habet;

35 rebus ... lapsis G²M*ul*b1e, *ed. Bonon.* : rebus ... lassis C*mg* : rebus ... laesis C*pc* (lesis *ex* telis) M, *cett. mei* : lesis ... rebus KV5*pc* : lassis ... rebus *Merkelius* **40** in sociis *Francius* quod amat *Hall* : amat hanc *codd.* **41** qui CD, *cett. mei* : quia* C*sscr*D*ul*ET, *ed. Bonon.* foui C*mg*DG, *cett. mei* : moui CD*ul*G²b1e : gessi N **44** siqua D*ul*F, *cett. mei* : siquo F*sscr* : siquid D (?-dem) : M *inc.* numinis G, *cett. mei* : caesaris G³B3b1H2k1O4, *ed. Bonon.* **Carm. 5b** (A)BCDEF G(G²)HKL4MPQTVV2] *separant* C+ VH3J+, *von Bamberg, H. Schulz* : *continuant* CV2 (*spat. init. litt. cap. relicto*), *cett. mei*, J **1** desideret Q **2** petat V2 **3** fulgent Eb1 **4** paruula *Francius* erit M

5 multaque credibili tulimus maiora, ratamque,
quamuis acciderint, non habitura fidem. (50)
pars etiam quaedam mecum moriatur oportet,
meque uelim possit dissimulante tegi.
si uox infragilis, pectus mihi firmius aere,
10 pluraque cum linguis pluribus ora forent,
non tamen idcirco conplecterer omnia uerbis, (55)
materia uires exuperante meas.
pro duce Neritio, docti, mala nostra, poetae,
scribite: Neritio nam mala plura tuli.
15 ille breui spatio multis errauit in annis
inter Dulichias Iliacasque domos: (60)
nos freta sideribus notis distantia mensos
sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.

5–6 fidemque / ... ratam V7, *ed. Romana* **7** parsque TN quaedam mecum G, *cett. mei* : mecum quaedam EG²de, *ed. Romana* **7–8** *uix ad rem uidentur Richmondio* **8** possit G², *cett. mei* : possint C?FGVe : possim E **9** infragilis BDEF G²MV2 : infragili ACGHL4PV : non fragilis QTL1NP2 uox mihi si fragilis K pectus mihi firmius G³, *cett. mei,* L1 : mihi pectus firmius G² : mihi pectore firmior ACGHL4PV aere *Dan. Heinsius, duo codices Heinsii* : haeret M : esset *cett. mei* si uox in fragili mihi pectore firmior aere *Heinsius* **13** neritio MV2 : naritio BGHL4PTV : naricio CDEFKQ **14** neritio MV2 : naritio BGHL4PTV : naricio CDEFKQ nam] non M? : cum B **17** notis O6U1 : totis M*ma, cett. mei* : inter M : solitis *Richmond* **18** sors tulit BF*pc*G²QTB3H4N O1P3 : detulit AF*ac*G, *cett. mei,* L1 : distulit CK : depulit *Heinsius* sarmaticosque BF*sscr*MPQTV2R: sarmatis ora AG HL4V : caesaris ira CDEFG²KL1 : sors lacrimosa *Vogel*

ille habuit lectamque manum sociosque fideles:
20 me profugum comites deseruere mei.
ille suam laetus patriam uictorque petebat: (65)
a patria fugi uictus et exul ego.
nec mihi Dulichium domus est Ithacaue Sameue,
poena quibus non est grandis abesse locis,
25 sed, quae de septem totum circumspicit orbem
montibus, imperii Roma deumque locus. (70)
illi corpus erat durum patiensque laborum:
inualidae uires ingenuaeque mihi.
ille erat adsidue saeuis agitatus in armis:
30 adsuetus studiis mollibus ipse fui.
me deus oppressit, nullo mala nostra leuante: (75)
bellatrix illi diua ferebat opem.
cumque minor Ioue sit tumidis qui regnat in undis,
illum Neptuni, me Iouis ira premit.
35 adde quod illius pars maxima ficta laborum est:
ponitur in nostris fabula nulla malis. (80)

19 lectam- *Hall* : fidam- *codd.* domum *ed. Bonon.* sociosque fideles] fidosque sodales E : certosque sodales *Heinsius* : firmosque sodales *Burmannus* **21** patriam laetus E patriam uictor laetusque H4*pc, Par. lat. 7647* petebat F, *cett. mei* : tenebat F*ul*V **22** fugi KMQTV2B3*ul*JO3*pc*P2R*pc* : fugio *cett. mei* **23** same- *Merula in textu et comment.* : samo- V : samos- F, *cett. mei* **27** erat firmum H4 **28** ingenuae-] exiguae- b1H2 : ingenium- *ed. Bonon.* **30** adsuetus A, *cett. mei* : at suetus M : adsiduus b1L1O4V11 **33** cumque *mihi suspectum* **34** iouis ... premit G, *cett. mei* : premit ... iouis B (-at) G²KP4P5 **35** laborum est BCDEFG²QTV2*pc* : laborum GHKL4MPVV2*ac* : malorum P5*ac*

denique quaesitos tetigit tandem ille Penates,
quaeque diu petiit, contigit arua tamen:
at mihi perpetuo patria tellure carendum est,
40 ni fuerit laesi mollior ira dei.

6

Nec tantum Clario Lyde dilecta poetae,
nec tantum Coo Bittis amata suo est,
pectoribus quantum tu nostris, uxor, inhaeres,
digna minus misero, non meliore uiro.
5 te mea supposita ueluti trabe fulta ruina est:
siquid adhuc ego sum, muneris omne tui est.
tu facis ut spolium ne sim, neu nuder ab illis
naufragii tabulas qui petiere mei.

37 tandem *Wassenbergh* : tamen *codd.* **39** carendum est *cett. mei* : carendum EMQV2 **Carm. 6** (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant cett. mei* : *continuant* EM **1** clario lyde *cett. mei* : clario lyde est *ed. Bonon.* : clario est lyde H4, *Owen* : clario est idem M : lyde clario Q poetae est O1 **2** c(h)oo BC*pc*DEFG³KQTL1 : clario AC*ac*G?HL4(?dar-) MPVV2 Bittis *Merkelius* : battis (*uel simm.*) *cett. mei* : baccis C?T amica EM suo est *cett. mei* : suo Bb2 **3** pectoribus quantum tu nostris C*pc, cett. mei* : pectoribus nostris quantum tu C*ac*HL4PV(tibi) uxor semper K **5** supposita est E ruina est D (est *sscr*), *cett. mei* : ruina BDEFK : carina b1*ul*H2 K2P5 **6** siquis MV6 omne tui est M*ul, cett. mei* : omne tui EG : esse tui Mk1 : ecce tui *Owen* **7** ne sim O2 : non sim *omnes mei* neu F*pc*B2, *Heinsius in textu* : ne BKb2P5 : nec F*ac, cett. mei* ullis E

utque rapax stimulante fame cupidusque cruoris
10 incustoditum captat ouile lupus,
aut ut edax uultur corpus circumspicit ecquod
sub nulla positum cernere possit humo,
sic mea nescioquis, rebus male fidus acerbis,
in bona uenturus, si paterere, fuit.
15 hunc tua per fortes uirtus submouit amicos,
nulla quibus reddi gratia digna potest.
ergo quam misero, tam uero teste probaris,
hic aliquod pondus si modo testis habet.
nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor,
20 aut comes extincto Laodamia uiro.
tu si Maeonium uatem sortita fuisses,
22 Penelopes esset fama secunda tuae:
33 prima locum sanctas heroidas inter haberes,
34 prima bonis animi conspicerere tui,
[23 siue tibi hoc debes, nullo pia facta magistro,
cumque data mores sunt tibi luce dati,

9 sitiensque L2*ul* **11** ecquod *ed. Aldina altera* : et quod *codd.* **12** sub nulla *codd.* : sub nuda *Scaliger* : in nuda *Francius* **13** rebus male fidus EGHL4MPV : male fidus rebus BCDFKQTV2 : rebus male fisus *Burmannus* **14** patiare Eb1 **19** probitate] pietate T : bonitate* L2 **21** tu si] si tu Ke : at si T **22** tuae] tui T : tibi b1O4, *ed. Bonon.* **33–34** *post* 22 *transposuerunt Maehly, Riese* **34** *om.* M conspiciere BCKV **23–28** *secundis ipsius poetae curis adsignandos esse censet Kenney, exclusit Hall* **23** hoc F*pc, cett. mei* : haec F*ac*H2 nullo ... magistro M*pc, cett. mei* : nulla ... magistra* D?FKQL2 : nulla ... magistro E : nulli ... magistra M?ac **24** data *Hall* : noua *codd.*

25 femina seu princeps, omnes tibi culta per annos,
te docet exemplum coniugis esse bonae,
adsimilemque sui longa adsuetudine fecit,
grandia si paruis adsimilare licet.]
ei mihi, non magnas quod habent mea pectora uires,
30 nostraque sunt meritis ora minora tuis,
siquid et in nobis uiui fuit ante uigoris,
32 extinctum longis excidit omne malis!
35 quantumcumque tamen praeconia nostra ualebunt,
carminibus uiues tempus in omne meis.

7

Siquis habes nostri similes in imagine uultus,
deme meis hederas, Bacchica serta, comis.
ista decent laetos felicia signa poetas:
temporibus non est apta corona meis.
5 hoc tibi dissimula, senti tamen, optime, dici,
in digito qui me fersque ferasque tuo,

26 piae P5 **27** sui G, *cett. mei* : sibi G[2]KR **29** pectora *Hall* : carmina *codd.* **31** siquid ut R uiui fuit] usus fuit V11 : sicut fuit P3 **32** excidit G[2], *cett. mei,* JL1 : occidit* AG?HL4MVV2 ante H4 **35** praecordia KR **Carm. 7** (A)BCDEFG(G[2])HKL4MPQTVV2] *separant* C+E+, *cett. mei* : *continuant* CEM **1** nostri DF*pc*GHPV : nostris BCE F*ac*KL4QT : nostros MV2 in *om.* G (*add.* G[2])HMPV **2** ba(c)chica DGHKPVV2L1 : ba(c)chia ABCL4(M)T : bachea EF, *Par. lat. 8254* **3** illa V **5** hoc B? F, *cett. mei* : haec EF*sscr*K?L4b1dR dissimulas* V6*pc, Heinsius* (*cum* sentis) senti C, *cett. mei* : sentis* C?sscr P, *ed. Bonon.* : sensi V6*pc* omnia *D* **6** ferasque *Heinsius* : refersque *codd.* rogo *Richmond*

effigiemque meam fuluo conplexus in auro,
  cara relegati, qua potes, ora uides.
quae quotiens spectas, subeat tibi dicere forsan
10 'quam procul a nobis Naso sodalis abest!'
grata tua est pietas, sed carmina maior imago
  sunt mea, quae mando qualiacumque legas,
carmina mutatas hominum dicentia formas,
  infelix domini quod fuga rupit opus.
15 haec ego discedens, sicut bene multa meorum,
  ipse mea posui maestus in igne manu;
utque cremasse suum fertur sub stipite natum
  Thestias et melior matre fuisse soror,
sic ego, non meritos, mecum peritura, libellos,
20 inposui rapidis uiscera nostra rogis:
uel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus,
  uel quod adhuc crescens et rude carmen erat.
quae, quoniam non sunt penitus sublata sed extant
  pluribus exemplis †scripta fuisse reor†,

8 cara DFGKMV2 : clara BCEHL4PQV : ficta T qua a?, *ed. Romana* : quae *omnes mei* : quam K2P4*pc* uide L2*pc*O2*ul*P5 **9** dicere saltem b1b2*sscr* e, *Willymott* **10** abest] abes R : adest K **11** grata M*pc, cett. mei* : cauta M*ac* **12** sunt] dent Q : sint *Burmannus* **13** *nouam elegiam ordiuntur* CFL4QV2NR *capitulum praefigunt* EHP2 dicentia D, *cett. mei* : narrantia D*sscr, ed. Romana* *uersuum ordo* 14, 17, 18, 19, 16, 15, 20 *in* M **15** bene BCFGHMP TVV2 : bona C*sscr*DEF*mg*KL4Q **19** peritura C, *cett. mei* : moritura C*sscr*e, *ed. Bonon.* **21** crimina C*sscr, cett. mei* : carmina CQb1b2O4 **23** penitus non sunt H2 sublata C*mg, cett. mei* : ablata C **24** *ulcus in uerbis* scripta fuisse reor (*quae absurda sunt*) *dispicio, et forsan et prior uersus pars corruptela laboret* fuisse reor *cett. mei* : fuisse meis M : diemque ferunt *olim cogitabam*

25 nunc precor ut uiuant, et non ignaua legentum
otia delectent admoneantque mei.
nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
nesciet extremam siquis abesse manum.
ablatum mediis opus est incudibus illud,
30 defuit et coeptis ultima lima meis.
en ueniam pro laude peto, laudatus abunde,
non fastiditus si tibi, lector, ero.
hos quoque sex uersus in primi fronte libelli,
si praeponendos esse putabis, habe:
35 'orba parente suo quicumque uolumina tangis,
his saltem uestra detur in urbe locus.
quoque magis faueas, non sunt haec edita ab ipso,
sed quasi de domini funere rapta sui.
quidquid in his igitur uitii rude carmen habebit,
40 emendaturus, si licuisset, erat.'

25 legentum *Scaliger* : legentem *codd.* **27** non BKe poterunt V2*ul, cett. mei* : poterant M?V2b2 illo HPB2b2*ul* **28** nesciet BCD*pc*EFG²KMQTV2 : nesciat C*sscr*D*ac?*G? HL4 PV extremam *Hall* : his summam *codd.* **30** deficit DK coeptis *Luck* : certis F2*ul* : scriptis *omnes mei* : ceris *Heinsius* **31** en *Hall* : et *cett. mei* : sic D **33** primi *Heinsius* : prima *codd.* libellis *Burmannus* 35 tangis C*sscr, cett. mei* : tanges B : cernis CDEb1 : cernes F **36** uestra M*ac, cett. mei* : nostra FK? M*pc*Q : dextra P **37** utque Q faueas G², *cett. mei* : foueas GKH2 : caueas O4 non sunt haec QTe : non haec sunt *cett. mei* : haec non sunt CM ipso G, *cett. mei* : illo BCG²KQTb1 **39** quicquid in *Tristium codices* : siquid in *Metamorphoseon cod. Neapol. IV.F.3 saec. xi* **40** erat EVe, *Vaccae uita Lucani 333.16 Hos., ed. Aldina altera* : eram *cett. mei*

8

In caput alta suum labentur ab aequore retro
flumina, conuersis Solque recurret equis;
terra feret stellas, caelum findetur aratro,
unda dabit flammas, et dabit ignis aquas –
5 omnia naturae praepostera legibus ibunt,
parsque suum mundi nulla tenebit iter;
omnia iam fient, fieri quae posse negabam,
et nihil est de quo non sit habenda fides.
haec ego uaticinor, quia sum deceptus ab illo,
10 laturum misero quem mihi rebar opem.
tantane te, fallax, cepere obliuia nostri,
adflictumque fuit tantus adire timor,
ut neque respiceres nec solarere iacentem,
dure, nec exequias prosequerere meas?
15 illud amicitiae sanctum et uenerabile nomen
re tibi pro uili sub pedibusque iacet?

Carm. 8 (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant* Er, *cett. mei* : *continuant* EMV2 (*init. litt. cap. spat. relicto*) H4 **1** acta *Francius* uoluentur R **3** findetur V2*pc, cett. mei* : fundetur EV2*ac* : scindetur BKQb1e, *ed. Bonon.* **7** fiant M negabam] negabant B3H2H4*pc, Owen* : negabat M*ac* : negabit M*pc* : negaui *Riese* **11** cepere A, *cett. mei* : tenuere B3L1 **12** dampnatum- P4 -ne *Heinsius* fuit K, *cett. mei* : tibi K*sscr* : metus b2 **14** neque AGHL4MPVL1 prosequerere] persequerere b1?P5 : exequerere F **15** sanctum et CEFGL4 (semen et) MQVV2 : sanctum ac BC*sscr*TR : sanctum DHP : quondam D*ul*Kab1 nomen V, *cett. mei* : numen V*mg* a? **16** nunc tibi *ed. Vicentina a. 1480* uili est *Riese*

quid fuit ingenti prostratum mole sodalem
uisere et adloquii parte leuare tui,
inque meos si non lacrimam demittere casus,
20 pauca tamen ficto uerba dolore loqui,
idque quod ignoti faciunt, bene dicere saltem,
et uotum populi publicaque ora sequi,
denique lugubres uultus numquamque uidendos
cernere supremo, dum licuitque, die,
25 dicendumque semel, toto non amplius aeuo,
accipere et parili reddere uoce 'uale'?
haec fecere alii, nullo mihi foedere iuncti,
et lacrimas animi signa dedere sui.
quid nisi conuictu causisque ualentibus essem
30 temporis et longi uinctus amore tibi?
quid nisi tot lusus et tot mea seria nosses,
tot nossem lusus seriaque ipse tua?

17 quae fuit M **18** alloquii ... tui] adloquii ... sui M : alloquio ... tuo K : alloquiis ... tuis *Ehwald* : alloquiis ... mali *Heyworth* **19** lacrimam C*ac, cett. mei* : lacrimas BC*pc*DFKV demittere MQV2 : dimittere *cett. mei* **20** sicco J loqui M*ul, cett. mei,* B2 : pati M **21–22** *eiecerunt Wakkerus, Schraderus* **21** ingrati JR faciunt, bene *Francius* : faciunt uale *codd.* : 'factum male' *Rothmaler* : faciunt uel *Merkelius* **22** uotum *Hall* : uocem *codd.* **25** simul MO1 **27** haec *Heyworth* : hoc P3*ul* : at *omnes mei* : ut K2P4 : et O1 **29** essem C*ac, cett. mei* : esses BC*pc*e **30** uinctus D*ac*E : iunctus D*pc, cett. mei* tibi CD*pc, cett. mei* : tui PB2 : mihi BC*mg*e : fui D*ac* **31** lusus] ludos B2O1 : lapsus V2 : luctus HL4PV **32** lusus BDFGKMT : ludos CEQH4 : luctus HL4PVV2 ipsa MV

quid nisi adhuc puero Romae tibi cognitus essem,
accitus totiens ad genus omne ioci?
35 cunctane in aerios abierunt inrita uentos?
cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis?
non ego te genitum placida reor urbe Quirini,
urbe meo quae iam non adeunda pede est,
sed scopulis, Ponti quos haec habet ora sinistri,
40 inque feris Scythiae Sarmatiaeque iugis;
et tua sunt silicis circum praecordia uenae,
et rigidum ferri semina pectus habent,
quaeque tibi quondam tenero ducenda palato
plena dedit nutrix ubera, tigris erat:

33–34 *deleuit Luck* **33** *om.* MTV2 quid nisi EVP5 : quid si *cett. mei* : quid mihi L4 adhuc puero *Hall* : dumtaxat *codd.* tibi CDE : mihi C*mg. cett. mei* essem CDE : esses C*sscr, cett. mei* *post hunc uersum habent* GH*mg*TV2*mg* accitus totiens studio rebusque secundis (ascitus V2, seueris T) **34** accitus AC*pc*K*pc, cett. mei* : acsitus B? : adscitus C*ac*EMQ V2L1 ad *Hall* : in *codd.* ioci K*ul, cett. mei* : loci BFHKMP QV2 **35** aerios *Riese, Housman* : ethereos b2 : aequoreos G, *cett. mei* : aeolios G² **36** teguntur *Francius* **37** genitum placida (B*pc*), *cett. mei* : placida genitum* B*ac* urbe C*pc, cett. mei* : esse BC*ac*K **38** urbe] esse DE : dure *Damsté* meo] mea *Ehwald* : mihi (*cum* pede est) *Luck* pede est M*pc, cett. mei* : pede Ke : mihi M*ac* : pedi *Heinsius* **40** Sarmatiae- *Dousa, Francius* : sarmaticis- *cett. mei* : sarmathios- L4 **41** silicis CG², *cett. mei,* L1 : silices AGHL4MPV : silicum C*sscr*Ee uenae G², *cett. mei,* L1 : neue M : nati AGHL4PV **42** rigidum *cett. mei,* L1 : rigidi AGHL4PV tegmina *Riese* habent D*ac*b1O1P5 : habet* D*pc, cett. mei* **43** tenero quondam* MH2 ducenda D, *cett. mei* : sugenda D*sscr*b1

45 aut mala nostra minus quam nunc aliena putares,
duritiaeque mihi non agerere reus.
sed quamquam accedit fatalibus hoc quoque damnis,
ut careant numeris tempora summa suis,
effice peccati ne sim memor huius, et illo
50 officium laudem, quo queror, ore tuum.

9a

Detur inoffensae metam tibi tangere uitae,
qui legis hoc nobis non inimicus opus.
atque utinam pro te possint mea uota ualere,
quae pro me duros non tetigere deos!
5 donec eris sospes, multos numerabis amicos:
tempora si fuerint nubila, solus eris.

45 aut DGHPVL1N : haut BCD*ul*EFG²KM : haud QV2d : at AL4TeH2*ul* : sed b2? : et *T. Faber* mala H*sscr, cett. mei* : si HP nunc L4MV2O6*ul, T. Faber* : non *cett. mei* putares B C*sscr*DEG²KMT : putasses CG, *cett. mei* **47** quamquam *Hall* : quoniam *codd.* accedunt ... haec b1O4P3*ul* letalibus F **48** numeris] meritis Q : umeris *Némethy* pignora H2*pc* summa *Ritchie* : prima *codd.* suis] malis M : tuis *Némethy* **49** ut BCDe **Carm. 9a** (A)BCDEFG(G²)HKL4M PQTVV2] *separant* E+ H+, *cett. mei* : *continuant* EHMH2 **1** inoffensae] inoffenso MH4*ul* : inoffensam D : F *inc.* metam ... uitae K, *ed. Romana* : uitae ... metam *cett. mei* tibi tangere G, *cett. mei* : contingere G² : tibi cernere E **3** possint Tb1 dH2? : possent *cett. mei* possent pro te F **4** duros D*ul, cett. mei* : dominos D **5** donec eris D, *cett. mei* : dum fueris D*ul*P5*ul* : cum fueris H4 sospes M : felix* *cett. mei*

aspicis ut ueniant ad candida tecta columbae,
   accipiat nullas sordida turris aues?
horrea formicae tendunt ad inania numquam:
10   nullus ad amissas ibit amicus opes.
utque comes radios per solis euntibus umbra est –
   cum latet hic pressus nubibus, illa fugit –
mobile sic sequitur Fortunae lumina uulgus;
   quae simul inducta nocte teguntur, abit.
15 haec precor ut semper possint tibi falsa uideri:
   sunt tamen euentu uera fatenda mihi.
dum stetimus, turbae quantum satis esset habebat
   nota quidem sed non ambitiosa domus:
ut semel inpulsa est, omnes timuere ruinam,
20   cautaque communi terga dedere fugae.
saeua nec admiror metuunt si fulmina, quorum
   ignibus adflari proxima quaeque uident.
sed tamen in duris remanentem rebus amicum
   quamlibet inuiso Caesar in hoste probat,

10 ibit *cett. mei* (abit L4) : tendit E : currit *'exemplar unus Bersmanni' Heinsius* : uisit *Heinsius* **13** lumina V*ac, cett. mei* : numina B3*ul* : limina V*pc*H2 : munera K **14** nocte A, *cett. mei,* L1 : nube DFKJ **15** semper possint BCDMQV2 : possint semper *cett. mei* possint tibi semper K **16** mihi *Heinsius* : mei P4*ul* : meo *omnes mei* **17** habebat BC*ul*DF G^2HL4M*ac?*T : habebam CD*ul*EGKM*pc?*PQVV2 **19** ut AD*ul*M*pc, cett. mei,* L1 : at DG^2Q : et M*ac* : sed *ed. Romana* : que E semel BD*ul*KTb1H3H4L1N : simul AD, *cett. mei* **20** cauta-] cuncta- EMb1 : capta- B : uersa- *Francius* **21** nec DKTb1H2L1O3 : neque A, *cett. mei* : que P seuaque non miror B **22** uident K : solent *cett. mei* **24** quamlibet H2*ac?*H4L2O3, *Vincentius Bellouac. Spec. Hist. 7.106* : qualibet DM : quemlibet J : quolibet D*sscr, cett. mei*

25 nec solet irasci – neque enim moderatior alter –
cum quis in aduersis, siquid amauit, amat.
de comite Argolici postquam cognouit Orestae,
narratur Pyladen ipse probasse Thoans.
quae fuit Actoridae cum magno semper Achille,
30 laudari solita est Hectoris ore fides.
quod pius ad Manes Theseus comes iret amico,
Tartareum dicunt condoluisse deum.
Euryali Nisique fide tibi, Turne, relata,
credibile est lacrimis inmaduisse genas.
35 ista etiam in miseris pietas uel ab hoste probetur.
ei mihi, quam paucos haec mea dicta mouent!

25 neque BEFQTV2J : nec CDGHKL4MPV **26** cum quid M siquid D*pc, cett. mei* : siquis CD*ac*EKbl? e **27** Argolici *Heinsius* : argolico *codd.* (h)orest(a)e *cett. mei* : orestis *Par. lat. 8465* : orestes C (hor-) M : horestem BE **29** actoridae BC*pc*DFKQTVV2 : auctoride C*ac*E : hectoridae GHL4 MP **31** pius G, *cett. mei* : prius G² comes iret] comes isset K, *ed. Romana* : comes iuit HP : comitauit BL2*ul*R*ul* : comitaret *Heinsius* comes ... pius e, *ed. Bonon.* **32** condoluisse *Luck* : non doluisse FL4H3 : indoluisse F*sscr* (*ul?*), *cett. mei* : ingemuisse C : num doluisse *Heinsius* : obstupuisse *Francius* **33** fides ... turnere lata M **35** ista *Heinsius* : est *codd.* : haec *Hall* in miseris *Heinsius* : miseris A, *cett. mei* praestita nam miseris *Riese* est etiam pietas miseris R est etiam miserisque fides C*ul*, *ed. Bonon.* uel ab *Heinsius* (*qui et* uel in *coniecit*) : et in *codd.* probetur *Hall* : probatur *codd.*

9b

Hic status, haec rerum nunc est Fortuna mearum,
debeat ut lacrimis nullus adesse modus;
at mea sunt, proprio quamuis maestissima casu,
pectora processu facta serena tuo. (40)
5 hoc euenturum iam tum, carissime, uidi,
ferret adhuc istam cum minor aura ratem.
siue aliquod morum seu uitae labe carentis
est pretium, nemo pluris habendus erit;
siue per ingenuas aliquis caput extulit artes, (45)
10 quaelibet eloquio fit bona causa tuo.
his ego commotus dixi tibi protinus ipsi:
'scaena manet dotes grandis, amice, tuas.'
haec mihi non ouium fibrae tonitrusue sinistri
linguaue seruatae pinnaue dixit auis: (50)

Carm. 9b (A)BCDEFG(G^2)HKL4MPQTVV2] *nouam elegiam statuerunt Crispinus, Doruillius*: *continuant codd.* **1** hic Kb1P4 : his H3O4 : is A, *cett. mei* non est KL4Q mensura R*ul* **2** ullus p3, *Heinsius* (*cum* non) **3** *nouam elegiam ordiuntur* B (*capit. addito*) CDE (*capit. addito*) FGHKTV2B2R *et alii* **4** processu M, *Burmannus* : pro casu B : pro sensu *cett. mei* : prouentu O1O6*mg* post sensus ... tuos *Heinsius* **5** euenturum AGHL4PV : ego uenturum EML1 : tibi uenturum DG^2?Ke, *edd. princ.* : mihi uenturum BCFQTV2 tum L4MV2NO1 : tunc *cett. mei* : nunc Pb1b2 carissima M **6** ista M cum minor DG^2KQ : cum minus D*ul, cett. mei* : comminus (E)M **7** aliquod BCDT : aliquid *cett. mei* **8** habendus GHL4PTVL1N*ac* : emendus AG^2, *cett. mei* erit DEG^2VH2L1O3, *Par. lat. 7647* : erat AG?, *cett. mei* **9** aliquis F?*pc?ac?, cett. mei* : aliquid H*pc?ac?*PV *post hunc uersum uersus duo excidisse censuit Ehwald* **11** dixi tibi G (tibi *sscr*), *cett. mei* : dixixem L4 : tibi dixi V **13** haec ADGHL4MPV : hoc* B?CEFK?QTV2L1 tonitrus- G^2 H*ul, cett. mei,* L1 : sonitus- AGHL4PV **14** linguaque BEB2 pennaque B

15 augurium hoc ratio est non coniectura futuri:
hac diuinaui notitiamque tuli.
quae quoniam uera est, tota tibi mente mihique
gratulor, ingenium non latuisse tuum:
at nostrum tenebris utinam latuisset in imis! (55)
20 expediit studio lumen abesse meo.
utque tibi prosunt artes, facunde, seuerae,
dissimiles illis sic nocuere mihi.
uita tamen tibi nota mea est: scis Artibus illis
auctoris mores abstinuisse sui; (60)
25 scis uetus hoc iuueni lusum mihi carmen, et istos,
ut non laudandos, sic tamen esse iocos.
ergo ut defendi nullo mea posse colore,
sic excusari crimina posse puto.
qua potes, excusa, nec amici desere causam: (65)
30 quo bene coepisti, sic pede semper eas.

15 hoc *suppl. Hall* non *Hall* : et *cett. mei* : ac V : haud *Heinsius* **16** hac diuinaui *ed. Bonon.* : haec diuinaui D*ul*HKL4P TVO6 : haec diuina ui H4 (ui *sscr*) : nec diuinaui BCD*ul*FH*ul* QV2 : nec diuina ui M : non diuinaui C*mg*EG²K*ul*H4*ul* : /// diuinaui G : haecque diu noui D **17** uera est *cett. mei* : uera B : uera sunt G² : rata sunt* V5 : rata AG (est *add.* G²)H (sunt *ante* rata *sscr*) L4PV (sunt *add. sscr*) tibi ... mihique E*pc, cett. mei* : mihi ... tibique* E*ac*FB2 **20** studiis ... meis Ee, *ed. Bonon.* **22** mihi G², *cett. mei* : meae DEGHL4PV **25** hoc] hic C?L4 : oE lusum mihi carmen et] mihi lusum carmen et Db1b2 : carmen mihi lusum et F : lusos (*et* V2) mihi carminis M istos] ipsos H4 : illos B3H2 **29** qua C*ac?, cett. mei* : quam BC*pc?*Eb2, *ed. Romana* : quod *ed. Bonon.* amicam R*ac, Heinsius* **30** quo A, *cett. mei* : qua b2?, Ehwald : quam H3L1O1 bene AC, *cett. mei* : pede C*mg*DFV2e pede semper BDG, *ed. Romana* : bene semper *cett. mei* sic bene ... quo pede *uel* sic pede ... quo bene *Burmannus*

10

Est mihi, sitque precor, flauae tutela Mineruae,
  nauis et a picta casside nomen habet.
siue opus est uelis, minimam bene currit ad auram,
  siue opus est remo, remige carpit iter.
5 nec comites uolucri contenta euincere cursu,
  occupat egressas quamlibet ante rates.
fert pariter flatus atque assilientia longe
  aequora, nec saeuis uicta fatiscit aquis.
illa, Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis,
10 fida manet trepidae duxque comesque fugae,
perque tot et uentos et iniquis concita uentis
  aequora Palladio munere tuta fugit.

Carm. 10 (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : continuant EM **1** rauae *Bentleius, Haupt* **2** e O3 **3** uelo GHL4PV **5** celeri H3 euincere *Hall* : est uincere *codd.* **6** quamlibet ante b2H3JP5 : quaslibet ante BKTR : qualibet arte D*pc* (quas- *ac*), *cett. mei* **7** *sic refecit Hall* (*antea* fert pariter fluctus *Knaack ap. Ehwaldium-Leuium*) et pariter fluctus C (fluctus *mg* : uultus *in textu*) GM (*an* paritur?), *cett. mei* : et patitur fluctus G²R, *ed. Bonon.* ferit atque silentia AL4M (flerat *in* flerit *corr.*) V : ferit atque assilientia HP : fertque assilientia CEF*pc*G²QTV2 (assidentia) L1, *edd. princ.* : fert assilientia GKeJ : fert atque assilientia DB3O3 : fretaque assidentia B : fert ac salientia *Vogel* **8** uicta C*pc*(P), *cett. mei* : icta DEK*ul*b1b2*sscr* : uncta T : ista K fatiscit DK*ul* : madescit K, *cett. mei* **9** cognita F*pc, cett. mei* : concita F*ac?*MV2 Cenchreis *Heinsius* : cenchris AFQ V2B2 : centris KMV : *cett. mei longius abscedunt* **10** fugae D, *cett. mei* : uiae* D*ul*KT **11** *om.* M, *add. mg ma* et uentos *Hall* : euentus *codd.* **12** munere V, *ed. Romana* : numine *cett. mei* : nomine AEGL4M fugit BEFQb2*pc*R : fuit F*ul, cett. mei*

nunc quoque tuta, precor, uasti secet ostia Ponti,
quasque petit, Getici litoris intret aquas.
15 quae simul Aeoliae mare me deduxit in Helles,
et longum tenui limite fecit iter,
fleximus in laeuum cursus, et ab Hectoris urbe
uenimus ad portus, Imbria terra, tuos;
inde, leui uento Zerynthia litora nacta,
20 Threiciam tetigit fessa carina Samon.
saltus ab hac ora breuis est Tempyra petenti;
hac dominum tenus est illa secuta suum.
nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:
Hellespontiacas illa relegit aquas,
25 Dardaniamque petit, auctoris nomen habentem,
et te, ruricola Lampsace tuta deo,
quodque per angustas uectae male uirginis undas
Seston Abydena separat urbe fretum,
hincque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,
30 Cyzicon, Haemoniae nobile gentis opus,

14 quasque petit G (-que *sscr*), *cett. mei* : quas petit et HL4P : quas petit e- V : quas petiit N **15** aeolide DHK?P **17–18** in laeuum ... uenimus *om.* L4 **17** hectoris G, *cett. mei* : actoris AG²N*mg*P2, *ed. Veneta a. 1474* **18** in B3O3 **19** *uerba post* uento *om.* L4 nacta H*ul*(P), *cett. mei* : nacti GHV : nactis* J **21** ora *Heinsius* : contra AE (breuis est contra) G, *cett. mei* : terra G²KTeL1 : *uerbum hic om., inserit* alicui *post* est D **23** pede] mihi M **24** relegit O2, *Micyllus* : reliquit *cett. mei* : relinquit Kb1 : peregit *Heinsius* : reuisit *Ehwald* **26** deo G², *cett. mei* : dea GHL4PV **27** quodque BacFM? (quidque *testibus Owenio et Ehwaldio-Leuio*) Q : queque L4P : quaque B*pc*D, *cett. mei*: quamque D*ul*R uectae male B (nocte) CEFGKQTV : male uectae D : uectae est male HL4P : uecta est male MV2 **29** hincque B(C)DFG²HPT V2L1 : hinc KQ, *ed. Bonon.* : hic E : inque AGL4MV : inde *Bersmannus* surgentem *uel* uergentem *Heinsius*

quaeque tenent Ponti Byzantia litora fauces –
  hic locus est gemini ianua uasta maris.
haec, precor, euincat, propulsaque fortibus Austris
  transeat instabiles strenua Cyaneas
35 Thyniacosque sinus, et praeter Apollinis urbem
  alta sub Anchiali moenia tendat iter.
inde Mesembriacos portus et Odesson et arces
  praetereat dictas nomine, Bacche, tuo,
et quos Alcathoi memorant e moenibus ortos
40 sedibus his profugum constituisse Larem.

31 quaeque Q, *cett. mei* : quaque *ed. Bonon.* premunt *Burmannus* **33** haec D, *cett. mei* : hanc CD*mg*L4TV2 : hic K? euincat D*ac*M*pc* (*ex* -ant) Q (-ant), *cett. mei* : ut uincat CD*pc*H PV : uincat *tantum* L4 propulsaque GQ (per-), *cett. mei* : pulsataque CEG²b1 fortibus austris B (antris) F*ac*, *cett. mei* : flatibus austri CDF*pc*Gb2*ac* : fluctibus austri E : flatibus austris b2*pc*O2 : flantibus Austris *Heinsius* **35** Thynniacos- *Merula* : thiniacos- Td : thynantios- M : thynatios- AL4 : tinniacos- Q : *cett. mei longius discedunt* : Thyniados- *Salmasius* et praeter *Hall* : et ab his per *codd.* **36** alta BCD*pc*EF*pc?*G TL1 : arta D*ac* : antra Q : apta KMV2 : acta O3*ac*P4 : uecta AHL4PV : lecta *Heinsius* tendat AGHL4MPV : findat B*pc* (*ex* fundat) CDEFG²KQ (fidat) TV2L1 : scindat *nescio unde* (*non* G) **37** Odeson et *Merula* : obeson et H*ul* : opeson et V2: opesones M*ac* : opesonis M*pc* : opeonis A : *cett. mei longius discedunt* **39** Alcathoes *ed. Aldina prior* e M*ac* : a M*pc, cett. mei* moenibus] montibus P4 : sedibus *Hall olim* **40** profugum *Heinsius* : profugos *codd.* larem GHK*ac, cett. mei* : lares DEG²H*ul*K*pc*V

a quibus adueniat Miletida sospes ad urbem,
offensi quo me conpulit ira dei.
hanc si contigerit, meritae cadet agna Mineruae:
non facit ad nostras hostia maior opes.
45 uos quoque, Tyndaridae, quos haec colit insula, fratres,
mite, precor, duplici, numen, adeste, uiae!
altera namque parat Symplegadas ire per artas,
scindere Bistonias altera puppis aquas.
uos facite ut uentos, loca cum diuersa petantur,
50 illa suos habeat, nec minus illa suos.

11

Littera quaecumque est toto tibi lecta libello,
est mihi sollicitae tempore facta uiae.

41 a] in M Milesida* *Heinsius* ad GM*pc, cett. mei* : in BC G²M*ac* **42** conpulit BG²K*sscr, ed. Romana* : contulit GKM*ul, cett. mei* : detulit L : pertulit *nescio unde* (*non* H) **43** hanc *Heinsius* : haec *codd.* contigerit DEFG²KP : contigerint G, *cett. mei* meritae *cett. mei,* L1 : merito DH2O1 : mitis AHPV **46** adeste BCDEFG²KQTL1 : adesse AGHL4M PVV2 **47** symplegadas EQ : simplegadas BCFGHL4P VV2 : simplegades DKMT artas FGHKL4TVV2 : arctas C *pc* (*fuit* actas) Q : arcas M*ac* : arces M*pc* : artes P : auras B : altas DEG²b1e, *edd. princ.* **48** scindere G, *cett. mei* : findere G²b1H4P4 bistonidas V **49** petantur V2, *Heinsius* : petamus V2*ul, cett. mei* **50** minus illa AG, *cett. mei* : minus ista BCDEG²R **Carm. 11** (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQT TrVV2] *separant cett. mei* : *continuant* EMTr (*init. litt. capit.*) P4 **2** sollicitae D*ul*H*ul*Qb2 : sollicito DH, *cett. mei* : Tr *inc.*

aut haec me, gelido tremerem cum mense Decembri,
scribentem mediis Hadria uidit aquis,
5 aut, postquam bimarem cursu superauimus Isthmon,
alteraque est nostrae sumpta carina fugae,
quod facerem uersus inter fera murmura ponti,
Cycladas Aegaeas obstipuisse puto.
ipse ego nunc miror tantis animique marisque
10 fluctibus ingenium non cecidisse meum.
seu stupor huic studio siue est insania nomen,
omnis ab hac cura cura leuata mea est.
saepe ego nimbosis dubius iactabar ab Haedis,
saepe minax Steropes sidere pontus erat,
15 fuscabatque diem custos Azanidos Vrsae,
aut Hyadas seris hauserat Auster aquis;
saepe maris pars intus erat, tamen ipse trementi
carmina ducebam qualiacumque manu.

3 haec AC*mg*EG?HL4MPQTrVV2 : hanc* BCD*sscr*FG²K Tb1L1 gelido] gelidus V6, *Willymott* : gelidi *Heinsius* decembri C?D*ac*G, *cett. mei* : decembris D*pc*G²L4PV : Tr *inc.* **7** quid V6, *Willymott* media inter *Francius* murmura] numina T : proelia H4 : Tr *inc.* **8** obstipuisse HMVV2 : obstupuisse B (-ere *in* -isse *corr.*), *cett. mei* : Tr *inc.* **9** ego nunc M*pc*Tr*ul, cett. mei* : enim nunc M*ac?* : etenim ETr? b2O1 : etiam *ed. Romana* **11** siue huic a **12** cura leuata *CIL* 6.2.9632 : mens releuata *codd.* (B -soluta) **14** steropes H4O3 : steropis *cett. mei* : Tr *inc.* sidere pontus erat] sidera pontus habent M*ac* (erat *pc*) : Tr *inc.* **15** Azanidos *Alton* : adlantidos MTr? : athlantidos V2JO1 : arimantidos GHPV : erymanthidos BCDEFKL4QT **16** hyadas G², *cett. mei* : pliadas G?HL4PV : Tr *inc.* seris C*ac*G, *cett. mei* : saeuis C*pc*FG²KB2 : Tr *inc.* hauserat BDFGL4MPQV2 : auserat CE*ac*HV : auxerat C*sscr*E*pc*KT : Tr *inc.* : pauerat *Heinsius* **18** ducebam] dicebam P : ducebant CE : dictabam P2 : Tr *inc.*

nunc quoque contenti stridunt Aquilone rudentes,
20 inque modum cumuli concaua surgit aqua.
ipse gubernator tollens ad sidera palmas
exposcit uotis, inmemor artis, opem.
quocumque aspicio, nihil est nisi mortis imago,
quam dubia timeo mente timensque precor.
25 attigero portum, portu terrebor ab ipso:
plus habet infesta terra timoris aqua;
nam simul insidiis hominum pelagique laboro,
et faciunt geminos ensis et unda metus.
ille meo uereor ne speret sanguine praedam,
30 haec titulum nostrae mortis habere uelit.
barbara pars laeua est auidaeque addicta rapinae,
quam cruor et caedes bellaque semper habent,

19 distenti V10 stridunt] strident BDEFK : Tr *inc.* **20** cumuli T : tumuli *cett. mei* : Tr *inc.* **21** tollens] tendens Kb1H2O3R : Tr *inc.* **23** quocumque] quacumque T : Tr *inc.* : quecumque *ed. Bonon.* aspicio BDb1*ul* : aspexi *cett. mei* : Tr *inc.* : aspicias *Heinsius* nihil G, *cett. mei* : nil G[2] : non e : Tr *inc.* **25** attigero AD*ac?*GK*ul, cett. mei,* L1 : attigeram D*pc*G[2]b2*pc* : attigerim K? : attingam BV6 : Tr *inc.* : contingam *ed. Veneta a. 1474* terrebor C, *cett. mei* : terrebar BC*sscr?*DKeV6 : Tr *inc.* **31** auidaeque addicta rapinae T : auidaeque adducta rapinae D : auideque intenta rapine B : auidae substrata rapinae FG?L4M*ul*PQTrV2 : auidae subtracta rapinae D*ul*EV : auidae substracta rapinae H : auidae subiecta rapinae G[2]Kb2R*ul* : auidae ad aethera pennae M : rapidaeque intenta rapinae C : auidae submissa rapinae b1 : auidaeque instructa rapinae *Naugerius* : auidae succincta rapinae *exc. Vossii* : auidaeque obiecta rapinae *Heinsius* : auidaeque adsueta rapinae *Haupt* **32** habent G, *cett. mei* : agunt G[2] : Tr *abest* : alunt *Burmannus*

cumque sit hibernis agitatum flatibus aequor,
pectora sunt ipso turbidiora mari.
35 quo magis his debes ignoscere, candide lector,
si spe sunt, ut sunt, inferiora tua.
non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis,
nec, consuete, meum, lectule, corpus habes.
iactor in indomito brumali luce profundo,
40 ipsaque caeruleis charta feritur aquis.
inproba pugnat hiemps indignaturque quod ausim
scribere se rigidas incutiente manus.
uincat hiemps hominem! sed eodem tempore, quaeso,
ipse modum statuam carminis, illa sui.

33 flatibus *Hall* : fluctibus *codd.* **35** quo magis his C*ac* (hinc) E (hic), *cett. mei* : quoque magis BC*pc*FTJR **36** spe sunt] spe sint BDeJ : Tr *inc.* ut sunt] *om.* V : Tr *inc.* : ut erunt *Heinsius* **37** scribimus BCFQTTrV2b2dJ : scripsimus DE GHKL4MPV **39** indomito C, *cett. mei* : immenso C*mg*De : Tr *inc.* nocte *Louaniensis Heinsii* **42** manus B2*ac*, *Heinsius* : minas C?, cett. mei : Tr *inc.*

LIBER SECVNDVS

Quid mihi uobiscum est, infelix cura, libelli,
  ingenio perii qui miser ipse meo?
cur modo damnatas repeto, mea crimina, Musas?
  an semel est poenam commeruisse parum?
5 carmina fecerunt ut me cognoscere uellent
  omine non fausto femina uirque mihi;
carmina fecerunt uitam ut moresque notaret
  iam demi iussa Caesar ab Arte meos.

1–21 (A)BCDEFG(G[2])HKL4MPQTTrVV2 : **22–578** (A)BCDEFG(G[2])HKL4MPQTVV2] *separant* M*pcma, cett. mei* : *continuant* M*ac*TrH2 **2** ecce *Heinsius* **3** cur] quid CEd : Tr *inc.* modo] mea D : ego BG[2]Ke : G *et* Tr *inc.* crimina BCDEMQTV2 : carmina FGHKL4PTr[2]V causa// Tr[2] (*hanc lectionem uidisse se dixerunt Ehwald-Levy, ego non uideo*) **4** promeruisse L2 **5–6** *om.* AL4L1 : *'genuinae notae non esse' habuit 'persuasum' Heinsius* **5** uellent B?CDEG[2]K : uellet GK*ul*Tr?, *cett. mei* : possent B3b1P4R*ul* : posses K2 **6** mihi *Hall, Heyworth* : meo *omnes mei* : mea P2 **7** uitam ut *Hall* : ut me *cett. mei* : ut nos V : ut B2 notaret] notarent MTr? b1 : notarunt P : necaret *B?* **8** demi iussa MTr : demum uisa AGHL4PV : pridem iussa V2 : pridem uisa BDEFQTL1R : pridem inuisa CD*ul*Ke : pridem emissa *Luck* : tum demum inuisa *Traill* mea DMTrb1V6

deme mihi studium, uitae quoque crimina demes:
10 acceptum refero uersibus esse nocens.
hoc pretium curae uigilatorumque laborum
cepimus: ingenio est poena reperta meo.
si saperem, doctas odissem iure sorores,
numina cultori perniciosa suo:
15 at nunc – tanta meo comes est insania morbo –
saxa malum refero rursus ad icta pedem:
scilicet et uictus repetit gladiator harenam,
et redit in tumidas naufraga puppis aquas.
forsitan, ut quondam Teuthrantia regna tenenti,
20 sic mihi res eadem uulnus opemque ferat,
Musaque, quam mouit, motam quoque leniat iram:
exorant magnos carmina saepe deos.
ipse quoque Ausonias Caesar matresque nurusque
carmina turrigerae dicere iussit Opi;

9 uitae quoque crimina (L4)Tr^{2}V2*pc* (carmina *ac*), *cett. mei* : uitae mihi crimina K : uitam quoque carmine MTr **10** acceptum F*ac*GK*ul, cett. mei* : acceptis F*pc?*G^{2}KQV : Tr *inc.* refero F*ac*K*ul, cett. mei* : referor F*pc?*KQV : Tr *inc.* **11** curae C*sscr*M*ac?*Tr?, ed. Bonon. : uitae CM*pc, cett. mei* **12** ingenio est BCF*ac?*MQTTr? V2 : ingenio ADEF*?pc*GHKL4PV meo F*ac?*GTr?, *cett. mei* : meo est DEF*pc?*G^{2}K : mihi F2*ul* **16** malum ATr?, *cett. mei,* L1 : meum CEGKTb1 : memor C*mg*e referor *Heinsius* lesum saxa fero D laesus *Heinsius* icta M*pc*Tr?, *cett. mei* : dita M*ac* : ista P2, *Heinsius* **17** et U1V3, *ed. Bonon.* : ut Tr?, *cett. mei* repetit uictus E harenam Tr*?, cett. mei* : harenas HP **19** petenti T **20** ferat BM V2*ac*B2H3*ac* : feret* K*pc*Tr? V2*pc, cett. mei* : refert K*ac* **21** quam AGTr?, *cett. mei* : quae D? EF*ac*G^{2}KL1 : qui F*pc?* leniat BB2H3, *Bentleius* (*cum* ferat) : leniet* D*ac*Tr?, *cett. mei* : finiet D*pc*R*ul* *post hunc uers. deficit* Tr (*redit* 4.4a.35)

25 iusserat et Phoebo dici, quo tempore ludos
fecit quos aetas aspicit una semel.
his, precor, exemplis tua nunc, mitissime Caesar,
fiat ab ingenio mollior ira meo.
illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo –
30 non adeo nostro fugit ab ore pudor –
sed, nisi peccassem, quid tu concedere posses?
materiam ueniae sors tibi nostra dedit.
si, quotiens peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit:
35 nunc ubi detonuit strepituque exterruit orbem,
purum discussis aera reddit aquis.
iure igitur genitorque deum rectorque uocatur,
iure capax mundus nil Ioue maius habet.
tu quoque, cum patriae rector dicare paterque,
40 utere more dei nomen habentis idem.
idque facis, nec te quisquam moderatius umquam
imperii potuit frena tenere sui.

27 *lpr in* BCFGHK+ L4PVV2 **33** peccant homines BD FKMQTV2L1 : homines peccant ACEGHL4PV **35** nunc CG?HL4MPQVV2 : hic BDEFG²KT strepituque exterruit C*sscr*G, *cett. mei* : strepitu deterruit BG² : strepitu perterruit K : strepitu conterruit CFQV2d : trepidumque exterruit E **37** genitorque deum rector-] rectorque deum genitor- CEK : -que deum genitor rector- H2 : diuumque pater rector- *Hall olim* **38** mundi M erit E **39** caputque E **40** nomen ACEH KL4MPQT : numen BDFGK*ul*VV2L1 **41** moderatius umquam (-ant- DFKT) *cett. mei* : moderatior umquam E : moderatius alter K*ul* e (-ant-), *ed. Bonon.* **42** frena C*mg, cett. mei* : regna CP4

tu ueniam parti superatae saepe dedisti,
  non concessurus quam tibi uictor erat.
45 diuitiis etiam multos et honoribus auctos
  uidi, qui tulerant in caput arma tuum;
quaeque dies bellum, belli tibi sustulit iram,
  parsque simul templis utraque dona tulit;
utque tuus gaudet miles quod uicerit hostem,
50 sic uictum cur se gaudeat hostis habet.
causa mea est melior, qui nec contraria dicor
  arma nec hostiles esse secutus opes.
per mare, per terras, absentia numina, iuro,
  per te praesentem conspicuumque deum,
55 hunc animum fauisse tibi, uir maxime, meque,
  qua sola potui, mente fuisse tuum.
optaui peteres caelestia sidera tarde,
  parsque fui turbae parua precantis idem,

43 parti superatae A, *cett. mei* : partho superato Ce, *ed. Bonon.* : parthis superatis P5 : parthis prostratis P4 **49** miles gaudet DEKR quod ADFL4MQV2 : qui BGHPTV : quia* G²b2*pc*L1 : cum CK : si E hostes QV2 **50** uictum cur se A, *cett. mei* : cur se uictum e, *ed. Bonon.* **51** qui A, *cett. mei* : quia* O3P4*pc* : quin M nec A, *cett. mei* : non* DTeP4*ac* : haec M dicor K, *cett. mei* : foui K*ul* : dicar *Hall olim* **53** terras terram F : caelum *Mayer* absentia *Hall* : per tertia H (.s. plutonem), *cett. mei* : per cetera D **55** hunc animum] hanc animam DT : hunc animam M me fauisse tibi uir maxime meque fidelem C **56** potui sola T **57** optaui peteres DG, *cett. mei* : optaui ut peteres BD*sscr*G² numina Bb1 tarde B, *cett. mei* : serus L2 **58** precantis K*ul, cett. mei* : petentis FK

et pia tura dedi pro te, cumque omnibus unus
60 adiuui uotis publica uota meis.
quid referam libros, illos quoque, crimina nostra,
mille locis plenos nominis esse tui?
inspice maius opus, quod adhuc sine fine reliqui,
in non credendos corpora uersa modos:
65 inuenies uestri praeconia numinis illic,
inuenies animi pignora uera mei.
non tua carminibus maior fit gloria, nec quo,
ut maior fiat, crescere possit habet.
fama Ioui superest, tamen hunc sua facta referri
70 et se materiam carminis esse iuuat;
cumque Gigantei memorantur proelia belli,
credibile est laetum laudibus esse suis.
te celebrant alii quanto decet ore, tuasque
ingenio laudes uberiore canunt,

60 adiuui uotis P4 : ipse quoque adiuui G²K*pc, cett. mei* : ipse quoque audiui GK*ac*M **61** illos] qui sunt D quoque ... nostra C*ac, cett. mei* : quos ... dicis C*pc*e, *ed. Bonon.* *crimina Ful, cett. mei* : carmina FKM **62** nominis F, *cett. mei* : numinis F*ul* **63–66** *del. Bentleius* **63** reliqui M*ul, cett. mei* : tenetur M **65** numinis *Bentleius, Burmannus* : nominis M*ul, cett. mei* : pignoris M **66** uera mei H2 : multa mei DM*ul, cett. mei* : cara tui M (*unde* rara tui *Guethling*) : multa tui D*ul* : certa mei K4, *Wilkins* **67** maior fit G², *cett. mei* : maior sit G?HMV : fit maior L2O4 **68** fiat maior G3 **69** ioui F*pc?*H4*ac, Merula pro lemmate* : iouis F*ac?, cett. mei* superest *codd.* : superat *Dan. Heinsius* : par est *Heinsius olim, postea* (Ioui) suppar par tua fama Ioui est *Francius* huic M facta *cett. mei* : fata EVb2 referre HP *uerba post* sua *om.* M **72** alacrem O6*mg*

75 sed tamen, ut fuso taurorum sanguine centum,
sic capitur minimo turis honore deus.
a! ferus et notis crudelior hostibus hostis,
delicias legit qui tibi cumque meas,
carmina ne nostros tecum uenerantia fastos
80 iudicio possent candidiore legi!
esse sed irato quis te mihi posset amicus?
uix tunc ipse mihi non inimicus eram.
cum coepit quassata domus subsidere, partes
in proclinatas omne recumbit onus,
85 tectaque fortuna rimam faciente dehiscunt,
ipsa suoque etiam pondere tracta ruunt.

76 honore C, *cett. mei* : odore C*mg* e **77** notis *Hall* : nobis *codd.* crudelior hostibus *Hall* : crudelior omnibus M : nimium crudelior *cett. mei,* L1 : nimium crudeliter AHL4P **79–80** *spurios existimat Heinsius* **79** ne F*pc?, cett. mei* : nunc D*?*F*ac?, ed. Romana* : de H4*ac, Merkelius* nostros *Hall* : nostris *codd.* tecum *Hall* : cum te V5*ul, Merkelius* : quae te ADGHL4 M (te *sscr*) PQTV : quo te EFKV2L1R : quoque te BC : et te *ed. Bonon.* reuerentia K*ac* fastos *Hall* : libris *codd.* **80** iudicio BCDEGH*ul*QTL1 : indicio AFG²HKL4MPVV2 possent G²B2b2R*sscr* : possint B?, *cett. mei* : possunt CD?EG?V **81** posset G², *cett. mei* : possit EGKV : posses M **83** considere H4 **85–86** *del. Rouerus et Heinsius* **85** tectaque *Hall* : cunctaque M*pc* (-umta-, *ut et* G), *cett. mei* : cumque M*ac*b2*sscr* : cum quae *Owen* paciente M **86** ipsa] lapsa *Heinsius* : pressa *Burmannus* (*cum* tecta *hoc uersu ad finem*) suoque etiam *Hall* (etiam *iam Damsté*) : suo quaedam CDEFG² K*ac*QV2 : suo quodam HL4MPV : suo quondam BD*ul* (con-) G?K*pc*T : suoque eadem *Binsfeld* tracta C*mg*G², *cett. mei* : torta Q : tecta BCEG? : fracta *ed. Bonon.* : facta J : strata b1b2H2P5

ergo hominum quaesitum odium mihi carmine, quosque
debuit, est uultus turba secuta tuos!
at, memini, uitamque meam moresque probabas
90 illo quem dederas praetereuntis equo.
quod si non prodest, et honesto gratia nulla
redditur, at nullum crimen adeptus eram,
nec male commissa est nobis fortuna reorum
lisque decem deciens inspicienda uiris;
95 res quoque priuatas statui sine crimine iudex,
deque mea fassa est pars quoque uicta fide.
me miserum! potui, si non extrema nocerent,
iudicio tutus non semel esse tuo:
ultima me perdunt, imoque sub aequore mergit
100 incolumem totiens una procella ratem;
nec mihi pars nocuit de gurgite parua, sed omnes
pressere hoc fluctus Oceanusque caput.

87 quosque D*sscr*O1, *Ehwald* : quoque BC*ac*M? : quodque C*pc*V6 : quaque DF?G?KQTVV2L1 : queque Ee : quamquam AH*pc*L4P : quemquam H*ac* **89** meam M (*ac in* suam) QTV2 : mei *cett. mei* : me L4 **91–92** *damnauit Heinsius, post* 98 *transposuit Riese* **91** quod si non prodest] non quasi prodesset M et honesto *Hall* : et honeste D*ac* : et honesti AD*pc, cett. mei* : honesti M : inhonesti O4 : et honori a*ul* L1 : et honos et *Owen* gratia H4L2P4, *ed. Romana* : gloria *omnes mei, ed. Bonon.* **92** redditus M at DEFKT : et A, *cett. mei* : est M adeptus D*ac?, cett. mei* : ademptus D*pc?*GHV : adortus *Heinsius* eram M*ul, cett. mei* : erat V2 : erit M : ero B2H2*ul* O3P4*ul, Dan. Heinsius* **94** lisque *Heinsius* : usque *codd.* **96** uicta AHK*sscr, cett. mei* : uita M : iuncta V : iusta FH*ul*K?L1 **98** indicio DGd tuo G, *cett. mei* : meo G²T b1R*ul* **99** produnt E mergit K?M*ac, cett. mei* : mersit e, *ed. Bonon.* : mergunt M*pc*QV

cur aliquid uidi? cur noxia lumina feci?
  cur inprudenti cognita culpa mihi?
105 inscius Actaeon uidit sine ueste Dianam:
  praeda fuit canibus non minus ille suis.
scilicet in superis etiam fortuna luenda est,
  nec ueniam laeso numine casus habet.
illa namque die, qua me malus abstulit error,
110 parua quidem periit, sed sine labe domus;
sic quoque parua tamen, patrio dicatur ut aruo
  clara nec ullius nobilitate minor,
et neque diuitiis nec paupertate notanda,
  unde fit in neutrum conspiciendus eques.
115 sit sic nostra domus uel censu parua uel ortu,
  ingenio certe non latet illa meo –

103 cur aliquid uidi K, *cett. mei* : heu mihi cur uidi B K*ul* : hei mihi cur uidi K2 : eu mihi quid uidi G[2] feci] flexi a **104** culpa E*sscr* H? K*ul, cett. mei* : causa BEKd mihi AF*pc?, cett. mei* : mihi est DF*ac?*KTe **106** fuit ... suis A, *cett. mei,* L1 : suis ... fuit KTe non K?, cett. mei : nec J : num *Heinsius* ille A, *cett. mei* : ipse DEL1 **109** illo H2P4 namque C*pc*E M*pc*Pe : nostra C*ac*M*ac, cett. mei* : *an* nempe? qua] quo H? M : que (*ante* die) V2 : cum Q malus G, *cett. mei* : meus EG[2]V6, *Bentleius* **111–112** *uersus Graeuio suspectos* (*Burm. Syll. 4. 634*) *post* 114 *posuit Owen* **111–114** *del. Tank* **111** patrio H*ul, cett. mei,* L1 : toto AHL4PdR aruo *Bentleius, Burmannus* : aeuo *codd.* **113–114** *del. Riese* **113** et GM*pc, cett. mei* : ut* M*ac* : sed BDb1 : sic G[2] nec BCFG[2] Tb1 : et G, *cett. mei* notanda GH*ac*(M), *cett. mei* : notanda est DEG[2]H*pc* (est *sscr*) **114** fit BEHKPTV : sit *cett. mei* **115** sit sic *Hall* : sit quoque BCDFG[2]QTJ : sic quoque EHK L4PV2*pc* : si quoque MV2*ac* : sic *tantum* GV parua ... nostra M

quo uidear quamuis nimium iuuenaliter usus,
grande tamen toto nomen ab orbe fero,
turbaque doctorum Nasonem nouit, et audet
120 non fastiditis adnumerare uiris.
corruit haec igitur Musis accepta sub uno
sed non exiguo crimine lapsa domus:
ast ea sic lapsa est, ut surgere, si modo laesi
ematuruerit Caesaris ira, queat.
125 cuius in electu poenae clementia tanta est,
uenerit ut nostro lenior illa metu:
uita data est, citraque necem tua constitit ira,
o princeps parce uiribus use tuis!
insuper accedunt, te non adimente, paternae,
130 tamquam uita parum muneris esset, opes.
nec mea decreto damnasti facta senatus,
nec mea selecto iudice iussa fuga est:
tristibus inuectus uerbis – ita principe dignum –
ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.

117 uidear quamuis B?, *cett. mei* : quamuis uidear H2L2 : uideor quamuis Db2 iuuenaliter AMV2 : iuueniliter *cett. mei* **118** in BDETb1 **122** sed non G^2, *cett. mei* : sed tamen DG HPV : si non *T. Faber, Bentleius* : nec tamen *Heinsius* : ut non *Francius* **123** ast ea *Hall* : atque ea C*pc*, *cett. mei* : ac ea P : at quae C*ac*V : atque ita L2O1 : atqui *'cod. Richelianus'* (= C) *ap. Heinsium* : quamquam ea *Francius* **125** electu *Palmer, Camps* : euentu *codd.* **126** uenerit ut KM : ut fuerit *cett. mei* illa BCG^2HL4MPV2 : ira C*mg*DEFGH*ul*KQTV **130** tamquam uita] et tamquam AHL4P numinis E opes *in* opus *corr.* M **132** selecto A, *cett. mei,* L1 : secreto *ed. Veneta a. 1474* : delecto *ed. Bonon.* **133** dignum GH*ac*L4MPQ VV2 : dignum est $BCDEFG^2$H*pc* (est *sscr*) KT ita principe dignum] ac principe dignis *Heinsius* : et principe dignis *Burmannus*

135 adde quod edictum, quamuis inmite minaxque,
attamen in poenae nomine lene fuit:
quippe relegatus, non exul, dicor in illo,
priuaque fortunae sunt ibi uerba meae.
nulla quidem sano grauior mentisque potenti
140 poena est quam tanto displicuisse uiro:
sed solet interdum fieri placabile numen:
nube solet pulsa candidus ire dies;
uidi ego pampineis oneratam uitibus ulmum,
quae fuerat saeuo fulmine tacta Iouis.
145 ipse licet sperare uetes, sperabimus usque:
hoc unum fieri te prohibente potest.
spes mihi magna subit cum te, mitissime princeps,
spes mihi, respicio cum mea facta, cadit;
ac ueluti uentis agitantibus aequora non est
150 aequalis rabies continuusque furor,

135 inmite H*ul*M (*fere*), *cett. mei,* L1 : inmane AHL4P **137** dicor non exul H3 in C*ac*FMQTV2 : ab C*pc, cett. mei* illo] ullo GVB2b1 : urbe HP **138** priuaque M : paruaque GHL4PV : parcaque C*pc*G²H*ul, cett. mei* : paucaque C*ac*K, *Dan. Heinsius* : praeuia (*cum* data) *Luck* ibi *Dan. Heinsius* : tibi *cett. mei* : tua B3J : mihi F : data *ed. Romana* **139** sano F*pc* : sane F*ac, cett. mei* : sana M : *uerb. om.* E grauior sane T mentis- F*pc*K*ac?* : menti- F*ac*K*pc, cett. mei* **142** clarior L2 **143** ego *om.* D **144** saeuo BCEF*pc?*G²R*ul, ed. Bonon.* : saeui AF*ac?*G, *cett. mei, ed. Romana* **145** sperauimus M usque *Heinsius* (*qui et* aeque *coniecit*) : utque M*ac* : atque M*pc, cett. mei* **146** prohibente V2*sscr, cett. mei* : properante MV2 **147** princeps AGHL4MPKV : caesar BCDEFG²QTV2L1 **148** fata TJ **149** et P4 e, *ed. Bonon.* aequora BCD*ul*EF*pc?* G²K*ul* b2*ul* : aera ADGHKL4PQTVV2 : aere M **150** labor NP4

sed modo subsidunt intermissique silescunt,
uimque putes illos deposuisse suam,
sic abeunt redeuntque mei uariantque timores,
et spem placandi dantque negantque tui.
155 per superos igitur, qui dent tibi longa dabuntque
tempora, Romanum si modo nomen amant,
per patriam, quae te tuta et secura parente est,
cuius, ut in populo, pars ego nuper eram,
sic tibi, quem semper factis animoque mereris,
160 reddatur gratae debitus urbis amor,
Liuia sic tecum sociales conpleat annos,
quae, nisi te, nullo coniuge digna fuit,
quae si non esset, caelebs te uita deceret,
nullaque cui posses esse maritus erat,
165 sospite sic te sit natus quoque sospes, et olim
imperium regat hoc cum seniore senex,

151 quiescunt e, *ed. Bonon.* **152** *post hunc uersum uersus duo excidisse censet Shackleton Bailey* **153** mei A, *cett. mei,* L1 : mihi H2, *ed Bonon.* redeunt nostri E **155** dent G? b2, *Heinsius* : dant G^2, *cett. mei* **158** cuius ut in populo DEF*sscr* G^{2}K*pc* : cuius et in populo BF*ac?*GHK*ac*L4MPQTVV2 : in populo cuius C : in cuius populo L2 **159** factis animo semperque M **160** amor AC*ul*GMK, *cett. mei,* L1 : honor BCE FG^{2}K*ul*M*ul* **161** compleat AG, *cett. mei* : impleat BCEG^2 b1L1 **165** sic te sit] te sic sit* T : sic tecum M*pc* : sit tecum K2 : sic sit te b1 : si tecum M*ac* sospes ... natus Db2L2 **166** hoc D*ac*G, *cett. mei* : hic D*pc?*EG^{2}KL4 hoc regat imperium *Heinsius*

utque tui faciunt, sidus iuuenale, nepotes,
per tua perque sui facta parentis eant,
sic adsueta tuis semper Victoria castris
170 nunc quoque se praestet notaque signa petat,
Ausoniumque ducem solitis circumuolet alis,
ponat et in nitida laurea serta coma,
per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,
auspicium cui das grande deosque tuos,
175 dimidioque tui praesens es et aspicis urbem,
dimidio procul es saeuaque bella geris –
hic tibi sic redeat superato uictor ab hoste,
inque coronatis fulgeat altus equis –
parce, precor, fulmenque tuum, fera tela, reconde,
180 heu nimium misero cognita tela mihi!
parce, pater patriae, nec nominis inmemor huius
olim placandi spem mihi tolle tui!

167 utque tui faciunt J : utque tui faciant O4 : ut faciuntque tui T, *ed. Romana* : ut faciantque tui ACDF*ac*G, *cett. mei* : sic faciuntque tui F*pc* : sic faciantque tui G² : efficiantque tui D*ul* b1L1P4P5, *ed. Bonon.* : efficientque tibi C*mg* e iuuenale L4MV2 : iuuenile *cett. mei* **168** sui Kb2*ul*L2*ul, ed. Romana* : tui *cett. mei* **170** huic quoque (*sc. Tiberio*) *Heinsius* **172** nitidis ... comis H2*pc*P4 **175** tui es b2, *Goldbacher* es et aspicis FdJR : es respicis CG?H?PVV2 : et respicis BEG²K L4MQ : hanc respicis* Db1 : qui respicis T : en respicis *C. Schenkl* : dum respicis *Luck* : sic respicis *Diggle* : res respicis (urbis) *Heyworth* praesentis respicis *Heinsius* : praesenti respicis *Shackleton Bailey* **176** saeuaque bella] bellaque saeua O4P4 : et fera bella D **177** spoliato b1*mg* **179** tuum tua dR reconde D(P), *cett. mei* : repone O4 : relaxa D*ul*

non precor ut redeam, quamuis maiora petitis
credibile est magnos saepe dedisse deos:
185 mitius exilium si das propiusque roganti,
pars erit ex poena magna leuata mea.
ultima perpetior, medios eiectus in hostes,
nec quisquam patria longius exul abest.
solus ad egressus missus septemplicis Histri
190 Parrhasiae gelido uirginis axe premor;
193 cumque alii causa tibi sint grauiore fugati,
ulterior nulli, quam mihi, terra data est.
195 longius hac nihil est, nisi tantum frigus et hostes,
et maris adstricto quae coit unda gelu.
hactenus Euxini pars est Romana sinistri:
198 proxima Bastarnae Sauromataeque tenent;
191 Ciziges et Colchi Matereaque turba Getaeque
192 Danubii mediis uix prohibentur aquis.

183 non *cett. mei,* L1 : nec ADEL4T petitis D*ac*HK, *cett. mei* : petenti D*pc*H*ul*K*ul* : petisse M **186** ex A, *cett. mei,* L1 : e ETB2dR parua MH3 **187** eiectus (L4)P, *cett. mei* : proiectus* E : (medio s)e iectus V2 **189** egressum *Heinsius* **190** parrasio CQTV2 gelidae CMQTV2 **191–192** *post* 198 *translocauit Owen, recte, post* 196 *C. Schenkl, post* 200 *Riese, post* 204 *Magnus; del. Bentleius, Schraderus* **193** causa tibi sint G[2], *cett. mei* : causa tibi sunt G?HPV : tibi sint causa CKTb1b2 meliore FJ **195** nisi tantum terra nisi O4 hostes AGHKL4MPV : hostis BCDEFQTV2L1 **198** bastarnae DF : basternae *cett. mei* : bisterne K : bis ternas M **191** ciziges M : giziges AL4 : aiziges V2 : zizices HP : iaziges* DG?dL1 : *cett. mei mirifice uariant* : Sidones *Owen* Coli *Owen* Materea- *Luck* : meterea- A, *cett. mei* : Tibarena- *Owen* : Teretea- *Ellis* turma *Bentleius*

199 haec est Ausonio sub iure nouissima uixque
200 haeret in imperii margine terra tui.
unde precor supplex ut nos in tuta releges,
ne sit cum patria pax quoque dempta mihi,
neu timeam gentes quas non bene submouet Hister,
neue tuus possim ciuis ab hoste capi:
205 fas prohibet Latio quemquam de sanguine natum
Caesaribus saluis barbara uincla pati.
perdiderint cum me duo crimina, carmen et error,
alterius facti culpa silenda mihi;
nam non sum tanti, renouem ut tua uulnera, Caesar,
210 quem nimio plus est indoluisse semel.
altera pars causae superest, qua carmine turpi
arguor obsceni doctor adulterii.

200 haeret AG?HK*pc*L4MPV : haesit BCDEFG²K*ac*QT V2L1 **202** dempta *'duo veteres' ap. Heinsium* : adempta *omnes mei* **203** neu *'unus' ap. Heinsium, Bentleius* : ne *cett. mei* : nec D : non E **205** quemquam latio CFT **207** *nouum carmen ordiuntur* C+L4 prodiderint* TO6*sscr* cum me A, *cett. mei* : me cum FV2B2dL1R cum me perdiderint V9 cum duo perdiderint me crimina D **209** at E non sum tanti AB C*pc* EGHK(L4)PV : non sunt tanti M : tanti non sum C*ac*DF QTV2JL1R renouem ut] ut renouem BDET : renouem B2b1 b2R*pc* nam tua non tanti est renouari *uel* renouentur *Heinsius* **210** condoluisse B3*ul* N*pc* **211** altera pars causae superest, qua carmine turpi *Hall* : altera pars superest, qua carmine turpi *Hall* : altera pars superest qua turpi carmine factus A, *plerique mei* carmine turpi *Hall* : carmine factus A, *cett. mei* : (turpia) carmina factus MQV2*pc* (carmine *ac*) : carmine dictus C : carmine lectus E : crimine lesus C*ul* e H2 : crimine lectus b1*ul* : crimine factus D : crimine tactus *Heinsius* : crimine sectus *Burmannus* : carmine lecto *Luck* : carmine castis *Watt*

fas ergo est aliqua caelestia pectora falli,
 et sunt notitia multa minora tua;
215 utque deos caelumque simul sublime tuenti
 non uacat exiguis rebus adesse Ioui,
de te pendentem sic dum circumspicis orbem,
 effugiunt curas inferiora tuas.
scilicet imperii princeps statione relicta
220 inparibus legeres carmina facta modis?
non ea te moles Romani nominis urget,
 inque tuis umeris tam leue fertur onus,
lusibus ut possis aduertere numen ineptis,
 excutiasque oculis otia nostra tuis.
225 nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda,
 Raetica nunc praebent Thraciaque arma metum,
nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcus
 Parthus eques timida captaque signa manu,
nunc te prole tua iuuenem Germania sentit,
230 bellaque pro magno Caesare Caesar obit.
233 urbs quoque te et legum lassat tutela tuarum
 et morum, similes quos cupis esse tuis,
235 nec tibi contingunt quae gentibus otia praestas,
 bellaque cum uitiis inrequieta geris.

213 aliqua C, *cett. mei* : aliquo AC*sscr*L4e pectora] numina AGHL4PV : corpora L2 **217** de BGHPV : ex T : a D*ac?* (*certe* a *postea sscr*) EFKQe : in G²b1*pc*J : sic CD*mg*L4M V2R : e *Heinsius* **223** numen B*ac, cett. mei* : lumen B*pc*F b2d **227** arcum Eb2 **229** te in* *Burmannus* **230** obit HMPV : abit H*ul* : abet G : habet A, *cett. mei* : agit Eb1b2eL1 O1, *Par. lat. 7647, Gronouius* : init G3 **231–232** *del. Bentleius, post* 236 *translocauit Ritchie* **234** morum C? F*ul* GK, *cett. mei* : mores AFG²K*ul* L4 **235** nec] haec V : non KMTe **236** uitiis *Bentleius, Withofius* : multis *codd.*

231 denique, ut in tanto, quantum non extitit umquam,
corpore, pars nulla est quae labat imperii.
237 mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum
te numquam nostros euoluisse iocos?
at si, quod mallem, uacuum tibi forte fuisset,
240 nullum legisses crimen in Arte mea.
illa quidem fateor fronti non esse seuerae
scripta, nec a tanto principe digna legi,
non tamen idcirco legum contraria iussis
suadent Romanas erudiuntque nurus.
245 neue quibus scribam possis dubitare, libellis
quattuor hos uersus e tribus unus habet:
'este procul, uittae tenues, insigne pudoris,
quaeque tegis medios, instita longa, pedes!
nil nisi legitimum concessaque furta canemus,
250 inque meo nullum carmine crimen erit.'

231 et in *Postgate* **232** quin *Goldbacher* labat C*sscr?* M*ac* : labet CM*pc*[3], *cett. mei* : latet P : uacet H2 **237** mirer CG[2]HPV : miror G, *cett. mei* **238** te numquam AGV2*ac, cett. mei* : numquam te D*ac*KB2 : te umquam G[2] : umquam te BD*pc*EV2*pc*L1 explicuisse R*ul* **239** uacuum tibi forte fuisset AC, *cett. mei* : uacuum fortasse fuisset MV5 : uacuum tibi tempus adesset DT : uacuus fortasse fuisses BC*ul*EKb1, *ed. Bonon.* : uacuus tibi forte fuisses D*ul* **241** fronti *Bononiensis Heinsii* : frontis *omnes mei* **243–244** *del. Bentleius* **244** suadent *Hall* : sunt ea *codd.* : dant ea *Postgate* erudiuntue *Heinsius* **245** scribam A, *cett. mei* : scripsi BEe libellis FL4 Tb2L1 : libellus ABCDEF*ul*KQV2J : libellos GHMPVe **247–250** = *Ars Am.* 1.31–34, *nisi quod illic codd.* nos Venerem tutam, *hic plerumque* nil nisi legitimum *exhibent* **249** nil nisi legitimum K, *cett. mei* : nos uenerem tutam DK*ul*V*pc* (*in ras.*) canamus GHMPQV **250–255** *om.* M, *add. mg* M[2]

ecquid ab hac omnes rigide submouimus Arte,
quas stola contingi uittaque sumpta uetat?
at matrona potest alienis artibus uti,
quodque trahat, quamuis non doceatur, habet.
255 nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni
ad delinquendum doctior esse potest.
quodcumque attigerit, siqua est studiosa sinistri,
ad uitium mores instruet inde suos.
sumpserit Annales – nihil est hirsutius illis –
260 facta sit unde parens Ilia, nempe leget.
sumpserit Aeneadum genetrix ubi prima, requiret,
Aeneadum genetrix unde sit alma Venus.
persequar inferius, modo si licet ordine ferri,
posse nocere animis carminis omne genus.
265 non tamen idcirco crimen liber omnis habebit:
nil prodest quod non laedere possit idem.
igne quid utilius? siquis tamen urere tecta
conparat, audaces instruit igne manus.

251 ecquid D*pc*FH*ul*QTb1 : et quid BCL4 : hec quid GH KM^2PVV2 : en quid E : numquid B3b2, *Francius* rigide TJ : rigida L4M^2V2 : rigidas *cett. mei* rigidas omnes E (rigida omnes L4) **252** sumptaque uitta CE negat b1e **254** quodque D*pc* (*ac* -os-) EG^2TR*pc* : quoque C?F?M^2, *cett. mei* : quique K? **255** quia AM^2, *cett. mei* : quae DH3L1 : quod e : et L4 **259** nil e hirsutius] insulsius b1*pc* : seuerius b1*ul* : irrisimus V Enni *Heinsius* **261** eneadum G, *cett. mei* : eneadem BC (-en) DG^2b1R : eneidem KT : eneydes E cui *Heinsius* **263–264** *del. Bentleius* **263** ferri FGHL4MPTV : ferrem V2 : fari BCDEG^2KQ **264** carminis] certaminis M **265–266** *uersus Heinsio suspecti* **268** comparat F, *cett. mei* : apparat CD (*fere*) Eb1 : preparet P4 : ceperit F*mg*QVB2 inde* B3H2*ul*

eripit interdum, modo dat medicina salutem,
270 quaeque iuuet monstrat, quaeque sit herba nocens.
et latro et cautus praecingitur ense uiator:
ille sed insidias, hic sibi portat opem.
discitur innocuas ut agat facundia causas:
protegit haec sontes, inmeritosque premit.
275 sic igitur carmen, recta si mente legatur,
constabit nulli posse nocere meum.
'at uitia inuitat.' quicumque hoc concipit, errat,
et nimium scriptis arrogat ille meis.
ut tamen hoc fatear, ludi quoque semina praebent
280 nequitiae: tolli tota theatra iube!
peccandi causam quam multis saepta dederunt,
Martia cum durum sternit harena solum!

270 iuuet BCDEFG^2QV2 : iuuat GHKMPTVJ : iuuans* AL4 **274** haec sontes D*pc*F*pc*K*ul, cett. mei* : insontes AB CD?*ac*F*ac*L4 : et sontes KV2B2L1 et nocuos innocuosque e **275** si recta E (sic) GHP (sic) V (sic *in* si *corr.*) **277–278** *om.* T, *del. Bentleius* **277** at A, *cett. mei,* L1 : et V uitia inuitat *Hall* (*qui et* inritat *contemplatus est*) : quaedam uitia ABF*ac*GKL4V2 : quasdam uitiat HPV : quasdam uicio M : quoddam uitium CDEF*pc*G^2QL1 : quoddam uitii e : quiddam uitii *Heinsius* : -que ortum uitium (*cum* hinc) *Madvig* : quaedam uitio *anonymus ap. Luckium* hoc D*sscr*FGHMQV V2O2 : hec CL4P : hic BG^2?Kb1 : hinc *ed. Aldina altera* : id E **278** arrogat G?HKL4MPVV2*ac* : abrogat BCD*ul*EFQV2*pc* : derogat DG^2b1*ul* : imputat *Francius* **281–282** *del. Bentleius* **281** quam multis C*ul, cett. mei* : que multis C : quam multi FL4 QV2 : multi quam M : multis quam b2, *Riese* : multis quoque E : quia multis *Bentleius* : mimi quam *Ehwald* saepta *Damsté* : saepe *codd.* **282** sternit DB3P5, *ed. Bonon.* : sternet EFd : sternat *cett. mei*

tollatur Circus! non tuta licentia Circi est:
hic sedet ignoto iuncta puella uiro!
285 cum quaedam spatientur in hoc, ut amator eodem
conueniat, quare porticus ulla patet?
quis locus est templis augustior? haec quoque uitet,
in culpam nisi qua est ingeniosa suam.
constiterit Iouis aede, Iouis succurret in aede
290 quam multas matres fecerit ille deus.
proxima adoranti Iunonis templa, subibit
paelicibus multis hanc doluisse deam.
Pallade conspecta, natum sine crimine uirgo
sustulerit quare, quaeret, Ericthonium.
295 uenerit in magni templum, tua munera, Martis,
stat Venus Vltori iuncta, uir ante fores.
Isidis aede sedens, cur hanc Saturnia, quaeret,
egerit Ionio Bosporioque mari.
in Venere Anchises, in Luna Latmius heros,
300 in Cerere Iasion, qui referatur, erit.

285 spatientur] spatiantur BDQB2 : spaciuntur M in hoc A F*ac*GHL4MPVV2*ac*, *Bentleius* : in hac BCDEF*pc*G[2]KQT V2*pc*J eodem C*ac*D?F*pc*G, *cett. mei* : eadem C*pc*F*ac*G[2]eJ **286** ulla F*pc*, *cett. mei* : illa B F*ac*Md **288** nisi *Hall* : si *codd.* **289** constiterit B3b1 : cum steterit *omnes mei* **291** iunonis A, *cett. mei*, L1 : iunonia* *ed. Bonon.* **292** hanc doluisse A, *cett. mei*, L1 : indoluisse DQ, *ed. Bonon.* **293** sine aP5 : de *omnes mei* crimine] semine KaH2*pc* : uirgine H2*ac*NP4*ac* **295** munera D*mg*EG[2]J? : numina F?G, *cett. mei* : nomina M **296** uir M*ac*, *Bentleius* : uiro M*pc*, *cett. mei* **297** dicet *Francius* **299** uenere V : uenerem *cett. mei* luna B : lunam *cett. mei* : lumina E : limen L4 **300** Cerere *Heinsius* : cererem *codd.* iasion AL1, *Merkelius* : iasius DEQ : iason *cett. mei*

omnia peruersas possunt corrumpere mentes;
stant tamen ipsa suis omnia tuta locis.
305 quaecumque inrupit quo non sinit ire sacerdos,
protinus huic dempti criminis ipsa rea est.
303 et procul a scripta solis meretricibus Arte
submouet ingenuas pagina prima manus.
307 nec tamen est facinus uersus euoluere molles,
multa licet castae non facienda legant.
saepe supercilii nudas matrona seueri
310 et Veneris stantes ad genus omne uidet.
corpora Vestales oculi meretricia cernunt,
nec domino poenae res ea causa fuit.
at cur in nostra nimia est lasciuia Musa,
curue meus cuiquam suadet amare liber?
315 nil nisi peccatum manifestaque culpa fatenda est:
paenitet ingenii iudiciique mei.

302 sunt DEKb1 ipsa *Diggle* : ista H2 : illa *omnes mei* **303–304** *post* 306 *translocauit Luck* **305** irrupit G[2] : irrumpit EH*sscr*b1 : erupit AF*pc?*GHL4MPQVV2 : erumpit BCDF*ac?*K*pc*T : eripiunt K*ac* quo DE : qua *cett. mei* : quae B? **306** huic *Rothmaler* : hinc L2 : hic B : haec *cett. mei* dempti ABCF*ac*G?HK*ac*L4M*pc*PQVV2 : uetiti C*mg*DEF*pc* G[2]K*pc*Tb1 ipsa A, *cett. mei* : acta DEb1R*ul* **303** et] at K : sed Cb2*ac*O1O3P4 a scripta BD*pc*FL4QV2 : ascripta CET : ab scripta D*ac?*GHPKV : adscripta M **304** manus G, *cett. mei* : nurus G[3]b1N*pc*O1P5 **307** nec] non CFT : nil E **311–312** *uersus Bentleio suspecti* **311** oculi A, *cett. mei* : oculis B **312** domino G[2], *cett. mei* : dominae EG?T nec damno scaenae res ea uisa fuit *Heinsius* **314** cuiquam A, *cett. mei* : quemquam *unus Heinsii* : nequam *ed. Bonon.* **315–316** *del. Bentleius* **315** fatenda est G[2], *cett. mei* : ferenda est B : fatendum est DGHPV

cur non Argolicis potius quae concidit armis
uexata est iterum carmine Troia meo?
cur tacui Thebas et mutua uulnera fratrum,
320 et septem portas, sub duce quamque suo?
nec mihi materiam bellatrix Roma negabat,
et pius est patriae facta referre labor.
denique cum meritis inpleueris omnia, Caesar,
pars mihi de meritis una canenda fuit,
325 utque trahunt oculos radiantia lumina solis,
traxissent animum sic tua facta meum.
arguor inmerito: tenuis mihi campus aratur:
illud erat magnae fertilitatis opus.
non ideo debet pelago se credere, siqua
330 audet in exiguo ludere cumba lacu.
forsan – et hoc dubito – numeris leuioribus aptus
sim satis, in paruos sufficiamque modos:
at si me iubeas domitos Iouis igne Gigantas
dicere, conantem debilitabit onus.

317 condidit Mb1 **318** euersa est *Heinsius* **319** et mutua uulnera] et uulnera mutua KM : alternaque uulnera B fratres *Francius* **321** materiem e **322** pius D?EF*pc*GHK PV : plus ABCD*ul* (pluris *pro* pius/plus est D) F*ac*L4MQ V2L1 fata *Burmannus* **324** pars modo *Francius* meritis *Hall* : multis *codd.* **331** forsan et hoc dubito DEKT, *quam lectionem conprobauit Diggle, parenthesi post* forsan *quemadmodum priores postularant postulata* : forsan et hoc dubitem A, *cett. mei* : forsan in hoc dubitem b2*sscr, ed. Bonon.* : forsitan hoc dubitem eP5 : forsitan hec dubitem V : forsitan et hoc dubitem H2P4 : forsitan in hoc dubitem *ed. Veneta a. 1474* : forsitan et dubitem *Heinsius* : forsan ut hoc dubitem *Watt* **332** paruos ... modos A, *cett. mei* : paruis ... modis BL1 **333** me si b1 gigantas b1, *Heinsius* : gigantes *omnes mei*

335 diuitis ingenii est inmania Caesaris acta
condere, materia ne superetur opus,
et tamen ausus eram; sed detrectare uidebar,
quodque nefas, damno uiribus esse tuis.
ad leue rursus opus, iuuenalia carmina, ueni,
340 et falso moui pectus amore meum.
non equidem uellem, sed me mea fata trahebant,
inque meas poenas ingeniosus eram.
ei mihi! quo didici? cur me docuere parentes,
litteraque est oculos ulla morata meos?
345 haec tibi me inuisum lasciuas fecit ob Artes,
quas ratus es uetitos sollicitare toros.
sed neque me nuptae didicerunt furta magistro,
quodque parum nouit, nemo docere potest.
sic ego delicias et mollia carmina feci,
350 strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
nec quisquam est adeo media de plebe maritus,
ut dubius uitio sit pater ille meo.

336 condere DG, *cett. mei* : scribere D*sscr*G²b2 : dicere C **337** detrectare F*pc* : detractare CDEGHKPTV : derecitare AF*ac*L4V2dR : delectare M : attrectare Q : B *inc.* uidebar C*pc* (*ex* -at), *cett. mei* : uerebar* P4R*ul* **339** iuuenalia AG HMV2 : iuuenilia *cett. mei* ueni *om.* M **340** foui *Heinsius* **343** quo *Kenney* : quod AL4B2?L1 : quid *cett. mei* : cur Bb2e R*sscr* **345** lasciuas HP, *Burmannus* : lasciuia *cett. mei* **346** quas] qua Gd : quis *Ehwald* sollicitare AC*ac*K*ac, cett. mei* : sollicitasse* C*pc*K*pc*b1 **348** quodque V, *cett. mei* : quique AL4 (-in-) L1 **349** carmina mollia B2H3 **350** strinxerit H, *cett. mei* : strixerit M : laeserit H*sscr*K*ul* : arguat EK(-it)T

crede mihi, distant mores a carmine nostri:
uita uerecunda est, Musa iocosa mihi;
355 magnaque pars operum mendax et ficta meorum
plus sibi permisit compositore suo.
si liber indicium est animi nec honesta uoluptas,
plurima mulcendis auribus apta dare,
Accius esset atrox, conuiua Terentius esset,
360 essent pugnaces qui fera bella canunt.
denique conposui teneros non solus amores:
conposito poenas solus amore dedi.
quid, nisi cum multo Venerem confundere uino,
praecepit lyrici Teia Musa senis?

353 mores distant D nostri *Vincentius Bellouac. Spec. hist. 7.106, Heinsius* : nostro *codd.* **354** iocosa M*ul, cett. mei* : iocata M mihi B? : mea ADG, *cett. mei* : mea est D*sscr*EFG² KT **355** operum mendax et ... meorum Db1 : operum mendax et ... meorum est L2 : mendax operum est et ...meorum V2*pc* (fictā eorum *ac*), *cett. mei* : mendax operum et ... meorum H2 : mendax operumque et ... meorum BC : (magna operum) pars est mendax et ... meorum Q **357** si ... nec *Hall* : nec ... sed *codd.* uoluptas EV : uoluntas *cett. mei* animi. sit honesta uoluntas *Postgate* **358** dare *Hall* : dabat a*ul* : dabit T2*ul* : damus *ed. Romana* : dedit R*ul* : feret AG²KL4V2 : feres C?G HMV : ferens D*pc*Q : refert BC*mg*D*ac*EFG³TL1 : fores P **359** *ante hunc uers. lacunam suspicatus est Housman* **363** uino] Baccho D *post* 364 *distichon spurium* alceus ingentes docuit praeceptor amores / alceus ipse tamen mansit in urbe sua *inserunt* CDK (*add. mg*), *post* 366 B3 *et* P4 (*in quo nouam elegiam introducit*); *mg habet* G² (ingentes *in* et gentes *corr.* D; mouit *pro* docuit G²K, monuit C; amoris CD; ille *pro* ipse D; regnat *pro* mansit D, transit K; sua ... tamen C). *pro nomine* Alcaeus, *quod peccat in metrum, nomen* Ibycus *proposuit Burmannus, frustra*

365 Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas?
tuta tamen Sappho, tutus et ille fuit.
nec tibi, Battiade, nocuit, quod saepe legenti
delicias uersu fassus es ipse tuas.
fabula iucundi nulla est sine amore Menandri,
370 et solet hic pueris uirginibusque legi.
Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua
inter amatorem pugna uirumque fuit?
quid prius est illic flamma Briseidos, utque
fecerit iratos rapta puella duces?
375 aut quid Odyssea est nisi femina propter amorem,
dum uir abest, multis una petita procis?
quis nisi Maeonides Venerem Martemque ligatos
narrat, in obsceno corpora prensa toro?
unde nisi indicio magni sciremus Homeri
380 hospitis igne duas incaluisse deas?
omne genus scripti grauitate tragoedia uincit:
haec quoque materiam semper amoris habet.

365 sapho docuit D **367** non TH3 **370** haec *Heinsius* **371** nisi turpis B3L1, *ed. Bonon.* : nisi sola D : aliud nisi A, *cett. mei* **373–374** *olim del. Bentleius* **373** illic BCsscrDEK Qb1 : illi AC, *cett. mei* forma *Bentleius* briseidos A, *cett. mei* : criseidos (*uel simm.*) BDEFTJ utque GHL4MPVV2 : ut quae K : et quae Q : aut quae BCDFG²K*ul* TJR*ul* : an quae E **374** duces] uiros ADEL4B2b1L1 : deos P4 **376** sola E procis D*ul* QTeR*ul* : uiris AD, *cett. mei* **377–378** *del. Bentleius* **377** quis nisi MV2 : quid nisi *cett. mei* : quid? non *Heinsius* **378** prensa FGHKL4(P)QVV2J : pressa BCDE MT

numquid in Hippolyto nisi caecae flamma nouercae?
nobilis est Canace fratris amore soror.
385 quid? non Tantalides, agitante Cupidine currus,
Pisaeam Phrygiis uexit eburnus equis?
tingueret ut ferrum natorum sanguine mater,
concitus a laeso fecit amore dolor.
fecit amor subitas uolucres cum paelice regem,
390 quaeque suum luget nunc quoque mater Ityn.
si non Aeropen frater sceleratus amasset,
auersos Solis non legeremus equos.
inpia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,
ni patrium crinem desecuisset amor.
395 qui legis Electran et egentem mentis Oresten,
Aegisthi crimen Tyndaridosque legis.
nam quid de tetrico referam domitore Chimaerae,
quem leto fallax hospita paene dedit?

383 num quid HMP : namquid *cett. mei* hippolyto AEFH L4QV2 : hippolyto est BCDGK (est *tamen ante* in) M (est *sscr*) TV caecae BD*ul*GKMQTVL1 : caecae est AFL4V2 : saeuae CDEeL2 : seue est HP : caeca est *Luck* **384** soror *Francius* : sui *codd.* **385** quid non ACD*pc?*F*ul* GHL4PV : quid nec B2 : quid nunc MQV2 : quid nisi ETdeL1 : quis nisi BFKb1b2 : D*ac inc.* **390** mater ... luget b2 **391** Aeropen *Politianus, ed. Aldina altera* : eropen GQV2 : meropē M, *ed. Bonon.* : eoropen H : europen (-em, -ē) *cett. mei* **392** aduersos KL4B2b1e **393** non Ee **395** electran et MQ*pc?* (*ex* -am) K2 : electram (-ā) et *cett. mei* : electram uel CFT : electram nec L4V2B2d : Electramque et *Owen* Oresten V2, *Housman* : orestem MQ : horestem *cett. mei* **397** nam] quid (tibi de) BFb1deJR : num *Riese* : iam *C. Schenkl* tetrico (*uel simm.*) D?EFG²QTVV2J : tetricae (G)HMP : therico ACL4 : tricico K : docto B

quid loquar Hermionen, quid te, Schoeneia uirgo,
400 teque, Mycenaeo Phoebas amata duci?
quid Danaen Danaesque nurum matremque Lyaei
Haemonaque et noctes cui coiere duae?
quid Peliae generum, quid Thesea, quique Pelasgum
Iliacam tetigit de rate primus humum?
405 huc Iole Pyrrhique parens, huc Herculis uxor,
huc accedat Hylas Iliacusque puer.
tempore deficiar, tragicos si persequar ignes,
uixque meus capiat nomina nuda liber.
est et in obscenos deflexa tragoedia risus,
410 multaque praeteriti uerba pudoris habet;
nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,
infregisse suis fortia facta modis.

399 saturnia M **401** danaen HL4MV : danen BFT : danaem PQV2 : danem (-ē) CDK : danaum EG² : G *inc.* danaes- AGHL4QVV2 : danaas- B3*ul, ed. Bonon.* : danes- BCD KMPT : danai- EFB2L1 nurus AEFL4QV2B2 **402** haemonaque (*uel simm.*) A, *cett. mei* : hamonaque N*ac* : almenam et D?E : almenamque et K cui ... duae *Rouerus, Heinsius* : qui ... duas M*ac* : quae ... duas M*pc, cett. mei* **403** peliae generum EKM : generum peliae *cett. mei* quique *Ehwald* : quiue* C? : quisue M : quidue *cett. mei* **404** de rate GHKL4M*pc*PVV2 : qui rate BDEFM*ac?*QT : qui pede Cd **406** iliacusque BDEGHKM(P)V : iliadesque CL4QTV2 : iliadesue A? (*an* iliacusue?) F **407** deficiar ABC*ac*F L4M*ac?*TV2*ac* : deficiam C*pc*DEGHKM*pc*PQVV2*pc* : deficiant *Heinsius* **408** capiat B : capiet *cett. mei* nuda DF, *cett. mei* : sola BF*sscr*D*ul* b1 : pura P5*ul* **409** deflexa BC*sscr* DEFG²(L4)QTV2 : defleta K : deuexa C : commixta GHM PV : conuersa K*ul* : demissa *Tank* **410** praetexti *T. Faber* **411** qui CDEG²KV*pc* : quod GV*ac, cett. mei*

iunxit Aristides Milesia crimina secum,
pulsus Aristides nec tamen urbe sua est.
415 nec qui descripsit corrumpi semina matrum,
Eubius, inpurae conditor historiae,
nec qui conposuit nuper Sybaritica, fugit,
nec quae concubitus non tacuere suos.
stantque ea doctorum monimentis mixta uirorum,
420 muneribusque ducum publica facta patent.
neue peregrinis tantum defendar ab armis,
et Romanus habet multa iocosa liber.
utque suo Martem cecinit grauis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis,
425 explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,
casurumque triplex uaticinatur opus,
sic sua lasciuo cantata est saepe Catullo
femina, cui falsum Lesbia nomen erat;
nec contentus ea, multos uulgauit amores,
430 in quibus ipse suum fassus adulterium est.

413 panxit *T. Faber* secum] matrum G3 : chartis *T. Faber. de hoc disticho et* 443 *s. uide Shackleton Bailey p. 392* **414** non tamen BCb1O1 **415** praescripsit *uel* praecepit *Heinsius* **416** immundae L2 **417** nuper] turpem *Heinsius* sybaritica A, *cett. mei* : sybaritida DF, *Heinsius* **418** quae F*ac*V2JV9 : qui F*pc*M?, *cett. mei* **419** stantque ea *Hall* : suntque ea A, *cett. mei* : sunt ea BEPb1e monitis per- T mixta BCDEFG² H*ul*L4QTV2 : texta GHPV : saxa M : dicta V*sscr* : scripta K : prisca B2 : iuncta P4, *M. Schmidt* : salua *Ehwald* : sancta *Owen* : pacta *Levy* : saepta *Landi* **422** et A, *cett. mei* : en a*ul* eP5, *ed. Bonon.* **425** rapidi causas b2 **426** casurum- U3, *Merula ex cod.* : causarum- *omnes mei* **429** non H4, *Bentleius* : nec *omnes mei* uulgauit] narrauit T : signauit *Louaniensis Heinsii* **430** est *non habent* BT

par fuit exigui similisque licentia Calui,
detexit uariis qui sua furta modis.
433 quid referam Ticidae, quid Memmi carmen, apud quos
rebus abest omnis nominibusque pudor;
437 quid quorum libris, modo dissimulata Perillae
nomine, nunc legitur dicta Metella suo?
435 Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser,
et leue Cornifici parque Catonis opus.
439 is quoque, Phasiacas Argo qui duxit in undas,
440 non potuit Veneris furta tacere suae.
nec minus Hortensi, nec sunt minus inproba Serui
carmina. quis dubitet nomina tanta sequi?
uertit Aristiden Sisenna, nec obfuit illi
historiae turpes inseruisse iocos.
445 non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,
sed linguam nimio non tenuisse mero.
credere iuranti durum putat esse Tibullus,
sic etiam de se quod neget illa uiro.

432 furta CD*ul* G² : facta DG, *cett. mei* **433–434** *post* 436 *transposuit Riese* **434** abest omnis *Rottendorphius* (*Syll. 3.387*) : adest nomen *codd.* : abest nomen *Bentleius* nomen adest rebus e, *ed. Bonon.* **437–438** *post* 434 *transposuit Heinsius* **437** quid quorum libris *Owen* : quid quorum libros T : et quorum libris F?G, *cett. mei* : et corum libris M : et quorum in libris CDG² (in *sscr*), *Francius* : et libris quorum e : in libris quorum O3 perillae *nescio unde* (*non* b1, b2). *uide Merkelium* : per illos *cett. mei,* b1b2 : per ipsos C : Perilla est *Owen* **438** Metella suo *Heinsius* : metelle tuo *codd.* **439** argo L2*pc* (-os *ac*) : argon *omnes mei* **445** non A, *cett. mei* : nec ET b2e opprobrio EGHKMPV : opprobrium BCDFG²L4QTV2 **448** sic *Dousa* : hic CFL4MV2 : hinc E : hac R : haec H2?H3 : hoc BDGHKPQTV cum negat A

fallere custodes idem docuisse fatetur,
450 seque sua miserum nunc ait arte premi.
saepe, uelut gemmam dominae signumue probaret,
per causam meminit se tetigisse manum;
utque refert, digitis saepe est nutuque locutus,
et tacitam mensae duxit in orbe notam;
455 et quibus e sucis abeat de corpore liuor,
inpresso fieri qui solet ore, docet;
denique ab incauto nimium petit ille marito,
se quoque uti seruet, peccet ut illa minus.
scit qui latretur, cum solus obambulat ipse
460 et totiens clausas excreat ante fores,
multaque dat furti talis praecepta, docetque
qua nuptae possint fallere ab arte uiros.

449 custodes (*iam Heinsius*) idem *Francius, Bentleius* : custodem demum *cett. mei* : custodem tandem EGHMPV : custodem dominam *Gronouius, Bentleius* : custodem demens *uel* custodem primum *uel* primus *Burmannus* : custodes/em damnum *Ellis* : custodes totiens *Owen* **451** signumue A, *cett. mei* : signumque HPTe : F *inc.* **455** e] is *Heinsius* **457** ille V6*pc* (*ex* -a), *ed. Aldina altera* : illa *cett. mei* : F *inc.* **459** qui *Heinsius* : cui *cett. mei* : cur R : F *inc.* cur solus* T obambulat EFKb1 : obambulet A, *cett. mei* ipse *cett. mei* : ipsa O4 : ipsos? F : ipsas *Owen* **460** et P5, *Hall* : cur CDb1*ul, ed. Romana* : cum B2L1O3, *ed. Bonon.* : cui *cett. mei* : qui AKL4 : F *inc.* excreat L2, *Hall* : excreet AD*ul* GHL4PQ (V)V2 : excret? N*ac* : exserat (*ante* excreet *in textu*) L4 : excrepet M*pc* (-pet *sscr*) : excubet BCDEFG^{2}H*ul* KT : excubat B2B3O3*ac*O4 : M*ac inc.* **461** furti talis] talis furti AL4J : M *nugas* **462** possint A, *cett. mei* : possent Ce : possunt E

non fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus
  et placet, et iam te principe tutus erat.
465 inuenies eadem blandi praecepta Properti:
  destrictus minima nec tamen ille nota est.
his ego successi, quoniam praestantia candor
  nomina uiuorum dissimulare iubet.
non timui, fateor, ne, qua tot iere carinae,
470 naufraga seruatis omnibus una foret.
sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes –
  haec erat ad nostros non leue crimen auos –
quid ualeant tali, quo possis plurima iactu
  figere, damnosos effugiasue canes;
475 tessera quos habeat numeros, distante uocato
  mittere quo deceat, quo dare missa modo;
discolor ut recto grassetur limite miles,
  cum medius gemino calculus hoste perit,

463 non A, *cett. mei* : F *inc.* **464** tutus *Hall* : notus *omnes mei* : natus *Heinsius* **466** destrictus GHV : districtus (K -rac-) *cett. mei* : destructus M **467** praesentia *Francius* **469** non] nec T **471** *nouum carmen ordiuntur* L4V2; *cap. add.* Cb1 **472** haec d?H2?H3O1, *ed. Romana* : hoc* B?, *cett. mei* erat H3, *Bentleius* : est G*sscr, cett. mei* : fuit B3 **474** figere D*pc*EMQ?TVV2 : fingere* BCD*ac*FGHKL4P : uincere *Merula* effugiasue BDGKMQTVV2R : effugiasque CEF?HL4 (-am-) P canis M **475–480** *obscurior est hic locus quam ut plene capiam : uide nunc J. A. Richmond, Mus. Helu. 51 (1994) 164–179, praesertim 171* **475** quos habeat numeros CGHK MV : quot habeat numeros ABDEFL4PQV2 : quot numeros habeat ETe uocando b1*ul* b2*ul* **476** deceat A, *cett. mei* : doceat BCK **477** limite] tramite DK : ut ordine E

ut dare bella sequens sciat et reuocare priorem,
480 nec tuto fugiens incomitatus eat;
parua sit ut ternis instructa tabella lapillis,
in qua uicisse est continuasse suos;
quique alii lusus – neque enim nunc persequar omnes –
perdere rem caram, tempora nostra, solent.
485 ecce canit formas alius iactusque pilarum,
hic artem nandi praecipit, ille trochi.
conposita est aliis fucandi cura coloris;
hic epulis leges hospitioque dedit;
alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat,
490 quaeque, docet, liquido testa sit apta mero.
talia luduntur fumoso mense Decembri,
quae damno nulli conposuisse fuit.

479 dare bella *Landi* : mare uelle M : male uelle GVV6 : mage uelle G², *cett. mei* : male bella *Merkelius* : bellare *Vogel* : Martemue *Ehwald* : comitare *Owen* : uallare *nescioquis in The Athenaeum n. 3276 (1890) 183* : seruare *Vivona* sequens ACmgG HL4MPQVV2*ac* : sequi BCDEFG²KTV2*pc* cieat reuocetue *Merkelius* **480** nec] ne* DEFb1*pc*e : neu *Hall* **481** sit ut ternis *Ehwald* : sed ut ternis M*pc*V6 : sed uternis M*ac* : sed internis GHV : sed interius P : sedet ternis *cett. mei* : sed et ternis G² : sedet trinis e **483** neque G, *cett. mei* : nec CDG² **485** formas] thermas *Heinsius* **486** hic artem nandi BCDE G²KTV*pc*V2*pc* : hic artem mandi M : hic artem amandi GH L4PQV*ac*V2*ac* : artem hic uenandi F : hic artem disci R **487** fucandi GVV2*pc?* B2*ul, Rouerus* : fuscandi V2*ac?, cett. mei* **491** fumoso] famoso QV2 : formoso T : fumosi V10 fumoso luduntur V6 (-antur), *Richmond* decembris B3NV10 **492** damno DEGHKMPV : iam non BCG²L4QTV2R : F *inc.* nulli G, *cett. mei* : ulli G²TV2R : ullis BC : F *inc.* fuit EGHK MPV : nocet BDFG²R : nocent CL4QTV2

his ego deceptus non tristia carmina feci,
sed tristis nostros poena secuta iocos.
495 nempe – nec inuideo – tot de scribentibus unus,
quem sua perdiderit Musa, repertus ego!
quid si scripsissem mimos obscena iocantes,
qui semper uetiti crimen amoris habent,
in quibus adsidue cultus procedit adulter,
500 uerbaque dat stulto callida nupta uiro?
nubilis hos uirgo matronaque uirque puerque
spectat, et ex magna parte senatus adest.
nec satis incestis temerari uocibus aures:
adsuescunt oculi multa pudenda pati;
505 cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum,
plauditur et magno palma fauore datur.
quodque minus prodest, scaena est lucrosa poetae,
tantaque non paruo crimina praetor emit.

495 nempe – nec in- *Diggle* : denique nec A, *cett. mei* : denique non DEb1de : sumque – nec in- *Bentleius* : namque neque in- *Watt* de tot CDETb1de unus M*ac, Bentleius* : unum M*pc, cett. mei* deque, nec inuideo, tot idem scribentibus unus *Housman* **496** prodiderit b2?H3H4P4 **497** loquentes DR*sscr* **498** uetiti DEK*ul*TR : uicti GHMPQV V2R*ul* : iuncti BCD*ul*FKb2 : iunctum L4 : iunctam (*an* uictam?) A : ficti C*mg*eJR*ul* **499** cultus] cautus *uel* multus *Heinsius* : tutus *Bentleius* **500** luso *Heinsius* **501** hos BCDG²K : hoc F?GHMQVV2 : haec EL4?PT : hic D*ul* **502** eC **504** oculi BCD*pc*EGHKMPV : oculis AD*ac*F L4QTV2 : oculos *Heinsius* **507–508** *damnauit Housman* **507** quod- D*ul*H, *cett. mei* : quo- BDH*ul*M : quae- H*ul*B3 scaena *Heinsius* : poena *codd.* : paene *Dan. Heinsius* quaeque mihi poenae est, fraus est lucrosa poetae *T. Faber* : quae mimis prodest, scaena est lucrosa poetae *Heinsius* **508** habet AL4H3*ac*

inspice ludorum sumptus, Auguste, tuorum:
510 empta tibi magno talia multa leges.
haec tu spectasti spectandaque saepe dedisti –
maiestas adeo comis ubique tua est –
luminibusque tuis, totus quibus utitur orbis,
scaenica uidisti lentus adulteria.
515 scribere si fas est imitantes turpia mimos,
materiae minor est debita poena meae.
an genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum,
quodque libet mimis scaena licere dedit?
en mea sunt populo saltata poemata saepe,
520 saepe oculos etiam detinuere tuos.
scilicet in domibus nostris, ut prisca uirorum
artifici fulgent corpora picta manu,
sic, quae concubitus uarios Venerisque figuras
exprimat, est aliquo parua tabella loco;
525 utque sedet uultu fassus Telamonius iram,
inque oculis facinus barbara mater habet,
sic madidos siccat digitis Venus uda capillos,
et modo maternis tecta uidetur aquis.

510 multa] nempe b1 **513** utimur TH2*ac* **514** lentus F*ac*GHKMPQVV2 : laetus BCDEF*pc*L4T **516** materiae ... meae] materia ... mee M : materia ... mea O1 **518** libet C*mg*DFB2b1e : licet CF*sscr, cett. mei* **519** en *Hall* : et *codd.* **521** nostris C?DMeL2 : uestris *cett. mei* uirorum G^2, *cett. mei* : parentum GV **522** artifici ABCGHL4 PQTV2 : artificis DEFG^{2}KMV*pc* (*ex* -as) **524** exprimat A, *cett. mei* : exprimit BCe parua] picta M : scripta L2 **526** oculis D*pc?*EJ : oculos *cett. mei* **527** siccat digitis A, *cett. mei* : digitis siccat e, *ed. Bonon.* : siccans digitis *Burmannus* **528** tecta] docta B : nata e : creta B3 : orta F2

bella sonant alii telis instructa cruentis,
530 parsque tui generis, pars tua facta canunt:
inuida me spatio natura coercuit arto,
ingenio uires exiguasque dedit.
et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
contulit in Tyrios arma uirumque toros,
535 nec legitur pars ulla magis de corpore toto
quam non legitimo foedere iunctus amor.
Phyllidis hic idem tenerosque Amaryllidis ignes
bucolicis iuuenis luserat ante modis.
nos quoque iam pridem scripto peccauimus uno:
540 supplicium patitur non noua cura nouum;
carminaque edideram, cum te delicta notantem
praeterii totiens inreuocatus eques.
ergo quae iuueni mihi non nocitura putaui
scripta parum prudens, nunc nocuere seni.

529 sonant] sonent K : canant Q : fouent HP : tonant *Heinsius* **530** canunt EHKMP : canit C?, *cett. mei* **531** inuida me] inuidiam M : inuidia *Owen* **532** ingenii AL4L1 **537** teneros- ADEG²?HKL4P : tenerae- CFG?M QTVV2 : tenero- B? **539** uno V7, *ed. Romana* : isto *omnes mei* : illo *lectio codici* H2 *falso ab Owenio attributa* **540** cura *Hall* : culpa *cett. mei* : musa C **541** crimina *Bentleius* **542** inreuocatus *Bentleius, Madvig* : inrequietus H, *cett. mei* : iure quietus EK : irrequisitus B : inreprehensus H*ul*G3 : et recitatus *Bergk* : rite citatus *Luck* (*qui olim* iure uocatus *et* iure citatus *temptauerat*) **543** ergo quae] ergo ea quae U1 : hoc ego quae H2 : ergo ego quae *Heinsius* iuueni D*ac*EGHKPQ VV2*pc* : iuuenis ABCD*pc*FL4MTV2*ac* **544** nunc] iam D : non MV : cum L4 : sunt (nocitura) K

545 sera redundauit ueteris uindicta libelli,
distat et a meriti tempore poena sui.
ne tamen omne meum credas opus esse remissum,
saepe dedi nostrae grandia uela rati.
sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos,
550 cumque suo finem mense libellus habet,
idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar,
et tibi sacratum sors mea rupit opus;
et dedimus tragicis sceptrum regale tyrannis,
quaeque grauis debet uerba cothurnus habet;
555 coeptaque sunt nobis, quamuis manus ultima coeptis
defuit, in facies corpora uersa nouas.
atque utinam reuoces animum paulisper ab ira,
et uacuo iubeas hinc tibi pauca legi,
pauca, quibus prima surgens ab origine mundi
560 in tua deduxi tempora, Caesar, opus!
aspicias quantum dederis mihi pectoris ipse,
quoque fauore animi teque tuosque canam.
non ego mordaci destrinxi carmine quemquam,
nec meus ullius crimina uersus habet.

546 a meriti tempore AD*sscr, cett. mei* : a meritae tempore F : a merito tempora M : amissi tempore D : admissi tempore* L1 **548** paruae *Francius* **550** libellus BCD*ul* T : uolumen D, *cett. mei* **551** nuper scriptum] nuper subscriptum F : scriptum nuper CTb1 : semper scriptum K : nuper coeptum *excerpta Vossii, Bentleius* numine *Bentleius* **553** *nouum carmen orditur* V2 sceptrum *Francius, Bentleius* : scriptum *codd.* tyrannis *Housman* : coturnis *codd.* **555** coepta- *Hall* : dicta- D, *cett. mei* : scripta D*sscr* coeptis BCHP : coepti MQV2 : coepto DEFGKL4TV **561** aspicias *unus Heinsii* : aspicies *omnes mei* **563** destrinxi FGH(L4)J : destrixi G^2?M : destruxi BC?KPQVV2 : distrinxi DTe : diffusi E

565 candidus a salibus suffusis felle refugi:
nulla uenenato littera tincta ioco est.
inter tot populi, tot scriptis, milia nostri,
quem sua Calliope laeserit, unus ego.
non igitur nostris ullum gaudere Quiritem
570 auguror, at multos indoluisse malis;
nec mihi credibile est quemquam insultasse iacenti,
gratia candori siqua relata meo est.
his, precor, atque aliis possint tua numina flecti,
o pater, o patriae cura salusque tuae!
575 non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim,
cum longo poenae tempore uictus eris:
tutius exilium pauloque quietius oro,
ut par delicto sit mea poena suo.

565 suffusis DEGHPQV : suffusos BCFKL4T(V2) : suffusus M **566** tincta *Heinsius* : uincta? T : mixta *cett. mei* **567–568** *deleuit Bentleius* **567** scriptis MV2*ac*, *T. Faber* : scripti V2*pc*, *cett. mei* : scripta P : scriptaque C inter enim populi tot scriptis milia nostris *T. Faber* **568** sua G²L2 : mea G, *cett. mei* ego Q : ero *cett. mei* **571** insultasse A, *cett. mei* : insultare TeJ **572** meo est AM*ma*, *cett. mei* : meo BM **577** mitius (A) (L4) Q opto L4K2

LIBER TERTIVS

1

'Missus in hanc uenio miseri liber exulis urbem.
da placidam fesso, lector amice, manum.
neue reformida ne sim tibi forte pudori:
nullus in hac charta uersus amare docet.
5 haec domini fortuna mei est, ut debeat illam
infelix nullis dissimulare iocis.
id quoque, quod uiridi quondam male lusit in aeuo,
heu nimium sero damnat et odit opus!
inspice quid portem: nihil hic nisi triste uidebis,
10 carmine temporibus conueniente suis.
clauda quod alterno subsidunt carmina uersu,
uel pedis hoc ratio, uel uia longa facit.

Carm. 1 (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQTVV2] **1** miseri *Hall* : timide *cett. mei* : tandem K?, *Burmannus* (*qui in Leidensi* tandus *uidere sibi uisus est, unde et* tardus *proposuit*) : timidi *Heinsius* : cauti *Schraderus* **3** forte pudori] forte dolori T : causa pudoris DFR*ul* : causa doloris b1H2P5 **5** haec AC, *cett. mei* : nec* C*mg*TeU1, *edd. princ.* **6** nullis A, *cett. mei* : ullis* TU1 iocis K*ul, cett. mei* : locis D*ul*EKV2 : modis D **7** lusit in] luserat K : lusimus V2 : (mal)lebat in M **8** en AL4 **9** inspice A, *cett. mei* : aspice d, *ed. Bonon.* nil* e non sum praeceptor amoris (= 1.1.67) D

quod neque sum cedro flauus nec pumice leuis,
erubui domino cultior esse meo.
15 littera suffusas quod habet maculosa lituras,
laesit opus lacrimis ipse poeta suis.
siqua uidebuntur casu non dicta Latine,
in qua scribebar, barbara terra fuit.
dicite, lectores, si non graue, qua sit eundum,
20 quasque petam sedes hospes in urbe liber.'
haec ubi sum furtim lingua titubante locutus,
qui mihi monstraret, uix fuit unus, iter.
'di tibi dent, nostro quod non tribuere parenti,
molliter in patria uiuere posse tua.
25 duc age! namque sequor, quamuis terraque marique
longinquo referam lassus ab orbe pedem.'
paruit, et ducens 'haec sunt fora Caesaris' inquit;
'haec est a sacris quae uia nomen habet;
hic locus est Vestae, qui Pallada seruat et ignem;
30 haec fuit antiqui regia parua Numae.'
inde petens dextram, 'porta est' ait 'ista Palati;
hic Stator, hoc primum condita Roma loco est'.
singula dum miror, uideo fulgentibus armis
conspicuos postes tectaque digna deo.

13 flauus BCDFL4TV2J : fuluus EGHKM*pc* (*ex* fluus) PV : *uerb. om.* Q **16** suis CG²QB3H4P4 : suum C*mg*G, *cett. mei* **18** scribebar DB3 : scribebat *cett. mei* : scribebam P4*ul* **19** qua C, *cett. mei* : quo C*sscr*deH2RU1 **23** parenti H3 : poetae *omnes mei* **25** iamque *Heinsius* sequor *unus Heinsii, Heinsius* : sequar *omnes mei* **29** focus *lectio 'Herculanei codicis' ap. Burmannum* ignes DB2b2 **30** haec AC?, *cett. mei* : hic* DGKB1B2deL2 **32** stator O6*pc, Politianus, Gronouius* : sator *omnes mei* hic primum ... fuit J

35 'an Iouis haec' dixi 'domus est?'; quod ut esse putarem,
augurium menti querna corona dabat.
cuius ut accepi dominum, 'non fallimur' inquam,
'et magni uerum est hanc Iouis esse domum.
cur tamen adposita uelatur ianua lauro,
40 cingit et augustas arbor opaca fores?
num quia perpetuos meruit domus ista triumphos,
an quia Leucadio semper amata deo est?
ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?
quam tribuit terris, pacis an ista nota est?
45 utque uiret semper laurus nec fronde caduca
carpitur, aeternum sic habet illa decus?'
'causa superpositae scripto testata coronae
seruatos ciues indicat huius ope.'
'adice seruatis unum, pater optime, ciuem,
50 qui procul extremo pulsus in orbe iacet,
in quo poenarum, quas se meruisse fatetur,
non facinus causam, sed suus error habet.

35 an *lectio Herculanei codicis ap. Burmannum* : et *omnes mei* iouis haec dixi domus est AC (dixit) K (*om.* haec), *cett. mei* : iouis est dixi domus haec GHV : domus haec dixi iouis est Tb1 **37** dominum M[3], *cett. mei* : donum M : dumen HP : numen P *teste Heinsio, perperam* **39** apposita C?, *cett. mei* : opposita AL4MQTV2 **40** iungit *Haupt* arbor opaca C*mg*H (*ul* aprica), *cett. mei* : querna corona C (*ex* 36) fores BD*ul*F*ul* TR*ul* : comas D, *cett. mei* : domos Fe **41** num quia AD*pc*, *cett. mei* : non quia BCD*ac*ER*ac* : an quia C*mg*Kb1b2*pc*R*pc* ista] una* K : illa P4P5 **45** laurus semper DEFb2de **47** superpositae AG[2], *cett. mei* : superpositas M : super posito GV : superpositast *Owen* scripto est HP testata ACEFGH L4TVV2 : testante BC*mg*DH*ul*KMQ : testa P coronae est *Ehwald* **50** iacet AL4 : latet *cett. mei*

me miserum! uereorque locum uereorque Penates,
 et quatitur trepido littera nostra metu.
55 aspicis exangui chartam pallere colore?
 aspicis alternos intremuisse pedes?
quandocumque, precor, nostro placata parenti,
 isdem sub dominis aspiciare, domus!'
inde tenore pari gradibus sublimia celsis
60 ducor ad intonsi candida templa dei,
signa peregrinis ubi sunt alterna columnis,
 Belides et stricto barbarus ense pater,
quaeque uiri docto ueteres peperere nouique
 pectore, lecturis inspicienda patent.
65 quaerebam fratres, exceptis scilicet illis
 quos suus optaret non genuisse pater:
quaerentem frustra custos me sedibus illis
 praepositus sancto iussit abire loco.
altera templa peto, uicino iuncta theatro:
70 haec quoque erant pedibus non adeunda meis.

53 uereor-[1] BCD*pc* *E*FGH*ul*KMTV : ueneror- AHL4PQ V2 : D*ac* *inc.* uereor-[2] BCDEFGKMTV : ueneror- AHL4P QV2 : dominum- *Diggle* penates *Heinsius* : potentes H2*pc?* : potentem *omnes mei* : parentem B1 **54** trepido BCDG[2] : rapido AC*mg*G, *cett. mei* **57** placata BCDEF*ul*G[2]?H*ul*KQ TL1 : pacata B2 : placare AGL4VV2*pc* : placere HMPV2*ac* : pacare F **58** isdem et *Ehwald* **62** barbarus C, *cett. mei* : stat ferus C*mg*DL4b2e **63** peperere *Ellis* : cepere A, *cett. mei* : cecinere O6 : fecere *ed. Bonon.* : coepere *Riese* **66** optarit *Heinsius* pater C, *cett. mei* : parens* BC*mg*e **67** me *Heinsius* : de C*sscr*e : e *cett. mei* : ex D : a C **68** B2 *et* L2 *non habent* sacro (*ut dixit Owen*) *sed* sancto, *quemadmodum omnes mei*

nec me, quae doctis patuerunt prima libellis,
atria Libertas tangere passa sua est.
in genus auctoris miseri fortuna redundat,
et ferimus nati, quam tulit ille, fugam.
75 forsitan et nobis olim minus asper et illi,
euictus longo tempore, Caesar erit.
di, precor, atque adeo – neque enim mihi turba roganda est –
Caesar, ades uoto, maxime diue, meo!
interea, quoniam statio mihi publica clausa est,
80 priuato liceat delituisse loco.
uos quoque, si fas est, confusa pudore repulsae,
sumite, plebeiae, carmina nostra, manus.

2

Ergo erat in fatis Scythiam quoque uisere nostris,
quaeque Lycaonio terra sub axe iacet;
nec uos, Pierides, nec stirps Latoia uestro
docta sacerdoti turba tulistis opem.

73 redundet KM **74** ferimus *Hall* : patimur *codd.* **77** di precor Q : deprecor D*mg, cett. mei* : te precor De roganda es *Heinsius* **81** pudore C, *cett. mei* : rubore AL4 : dolore C*sscr*T2*pc* **Carm. 2** **1–5** (A)BCDEFG(G²)HK L4MPQTVV2 : **6–30** (A)BCEFG(G²)HKL4MPQT VV2] **1** *nouum carmen ordiuntur* C+ E+ G+ H+ P+ T b1+ b2 : *continuant* BC?DEFGHKL4MPQVV2 **3** *nouum carmen ordiuntur* CFKL4QV+ V2P3R : *continuant* BDEGHM PTV latoia CM*pc*QV2*pc* : latonia V2*ac, cett. mei,* JR : letoia M*ac* **4** dedistis J

5 nec mihi, quod lusi uero sine crimine, prodest,
quodque magis uita Musa iocosa mea est,
plurima sed pelago terraque pericula passum
ustus ab adsiduo frigore Pontus habet;
quique, fugax rerum securaque in otia natus,
10 mollis et inpatiens ante laboris eram,
ultima nunc patior, nec me mare portubus orbum
perdere, diuersae nec potuere uiae.
suffecitque malis animus; nam corpus ab illo
accepit uires uixque ferenda tulit.
15 dum tamen et uentis dubius iactabar et undis,
fallebat curas aegraque corda labor:
ut uia finita est, et opus requieuit eundi,
et poenae tellus est mihi tacta meae,
nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber
20 lumine, de uerna quam niue manat aqua.
Roma domusque subit desideriumque locorum,
quidquid et amissa restat in urbe mei.
ei mihi, quod totiens nostri pulsata sepulcri
ianua sub nullo tempore aperta fuit!

5 mihi quod lusi] mihi si quid lusi M : si quid lusi *Owen* **6** *hinc deficit* D *usque ad* 3.12.50 quodque magis uita G² : quodque magis uisa G, *cett. mei* : quodque magis uisa est EQT iocosa] iocasa G² : iocata GMV mea est *cett. mei* : mea EQT **8** ustus C, *cett. mei* : iunctus J : uinctus e, *ed. Bonon.* (*non Richelianus* = C) **13** suffecitque] sufficit atque KM : sufficit usque *Luck* **15** uentis *ed. Bonon.* : terris *codd.* **19** libet *cett. mei* : licet BB3P2P4*ul*P5 : uacat *Hafniensis Heinsii* **20** uerna] ueri M, *unde* ueris *Ehwald* **23** (h)ei CG, *cett. mei* : et M : heu C*sscr*EG²K quod C?M*pc*, *cett. mei* : quo M*ac?SA100* : quid Q : quam K nostri totiens H5 **24** sub nullo AGHL4MPV : sed nullo BCEFG²QTV2 : sub titulo K : *an* non ullo?

25 cur ego tot gladios fugi, totiensque minata
 obruit infelix nulla procella caput?
di, quos experior nimium constanter iniquos,
 participes irae quos deus alter habet,
extimulate, precor, cessantia fata, meique
30 interitus clausas esse uetate fores!

3

Haec mea, si casu miraris, epistula quare
 alterius digitis scripta sit, aeger eram,
aeger in extremis ignoti partibus orbis,
 incertusque meae nempe salutis eram.
5 quem mihi nunc animum dira regione iacenti
 inter Sauromatas esse Getasque putes?
nec caelum patior, nec aquis adsueuimus istis,
 terraque nescioquo non placet ipsa modo.
non domus apta satis, non hic cibus utilis aegro,
10 nullus, Apollinea qui leuet arte malum;
non qui soletur, non qui labentia tarde
 tempora narrando fallat, amicus adest.

28 quos CEF*pc*KTR*ul* : quod M : quam BF*ac*GHL4PQ VV2 alter *Hall* : unus *codd.* **Carm. 3** (A)BCEFG(G²)HKL4 MPQTVV2] *separant* E+ M+, *cett. mei* : *continuant* EMd **3–4** *om.* K*ac* (*add. mg*) M **4** *'versus suspectus' Heinsius* nempe *Hall* : paene *codd.* **5** quem ... animum] quem ... animi d : quid ... animi* K **6** putes BC (E -et) KMVJ : putas C*sscr, cett. mei* **7** patimur *codd. Heinsiani ap. Burmannum* **9** aegro est O2P5 **10** malum *cett. mei,* L1 : malum est FNP5R

lassus in extremis iaceo populisque locisque,
et subit adfecto nunc mihi quidquid abest.
15 omnia cum subeant, uincis tamen omnia, coniunx,
et plus in nostro pectore parte tenes.
te loquor absentem, te uox mea nominat unam;
nulla uenit sine te nox mihi, nulla dies.
quin etiam sic me dicunt aliena locutum,
20 ut foret amentis nomen in ore tuum.
si iam deficiam suppressaque lingua palato
uix sit stillato restituenda mero,
nuntiet huc aliquis dominam uenisse, resurgam,
spesque tui nobis causa uigoris erit.
25 ergo ego sum dubius uitae, tu forsitan illic
iucundum nostri nescia tempus agis?

13 lassus AF*pc* (*ac* lusus), *cett. mei* : lapsus TV : laesus JL1 P2?P3T3 extremis BCEGKMPTV : externis AFHL4QV2R **14** adfecto M*ac, Naugerius* : affectu M*pc, cett. mei* : affectum PH Vd **15** uincis G², *cett. mei* : uinces GMVV2 **16** parte tenes CG, *cett. mei* : partis habes C*mg*G²KT : cara tenes BF **17** te uox mea G, *cett. mei* : uox te mea CFQ : uox et mea G²dR : te nox michi V2 **20** amentis G², *cett. mei* : amantis K : amenti* GM : amanti V **21** si iam deficiam C, *cett. mei* : sic iam deficiam B1H2 : si iam deficiat C*sscr, Heinsius* (*qui et* si me deficiat *proposuit*) : sit iam deficiens *Luck* suppressaque C*ac, cett. mei* : suppresso C*pc, Heinsius* : sub fesso *Burmannus* : sub crasso *Owen* **22** uix sit stillato *Hall* : uix instillato *codd.* (b2 *add.* sit *sscr*) **23** nuntiat B huc] hic AL4e : huic (*an* hinc?) K **25** ergo ego AG, *cett. mei* : ergo C : dumque ego E (*om.* -que) FG²b1dR : dum quoque J : hic ego C*mg* dubius uitae HKMPQ : uitae dubius *cett. mei* illic K*ul, cett. mei* : istic KMQ, *ed. Veneta a. 1474*

non agis, adfirmo: liquet, o carissima nobis,
tempus agi sine me non nisi triste tibi.
si tamen inpleuit mea sors, quos debuit, annos,
30 et mihi uiuendi tam cito finis adest,
quantum erat, o magni, morituro parcere, diui,
ut saltem patria contumularer humo!
uel poena in mortis tempus dilata fuisset,
uel praecepisset mors properata fugam.
35 integer hanc potui nuper bene reddere lucem:
exul ut occiderem, nunc mihi uita data est.
iam procul ignotis igitur moriemur in oris,
et fient ipso pessima fata loco:
nec mea consueto languescent corpora lecto,
40 depositum nec me qui fleat, ullus erit;
nec dominae lacrimis in nostra cadentibus ora
accedent animae tempora parua meae;
nec mandata dabo, nec cum clamore supremo
labentes oculos condet amica manus;
45 sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri,
indeploratum barbara terra teget!

27 oHPb1 : hoc A, *cett. mei* **30** iam* *Burmannus* **31** morituro AC, *cett. mei* : perituro C*mg*PQTe **33** mortis tempus BE : tempus mortis A, *cett. mei* fuisses F*ac* **34** praecepisset AG, *cett. mei* : praecipisset M : praecessisset CG[3]Kb1eR : praeuenisset *uel* praeuertisset *Heinsius* **35** lucem C*mg?*G?HKMPV : uitam BCEFG[2]L4QTV2 **36** nunc *cett. mei* : sed nunc H*ac*P : sed H*pc* : non dH2 O1O6*mg* : num *Heinsius* **37** iam L4QO1 : tam *cett. mei* **38** pessima *Hall* : tristia *codd.* **39** languescent B2?P4 : languescunt A, *cett. mei* **44** labentes C*mg, cett. mei* : languentes CETB2b1e condet CF*ac?* G[2] (-at?) KL4MQTV2 : claudet BC*mg*EF*pc?*GHPV

ecquid, ubi audieris, tota turbabere mente,
et feries pauida pectora fida manu?
ecquid, in has frustra tendens tua bracchia partes,
50 clamabis miseri nomen inane uiri?
parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos:
non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.
cum patriam amisi, tum me periisse putato:
et prior et grauior mors fuit illa mihi.
55 nunc, si forte potes – sed non potes, optima coniunx –
finitis gaude tot mihi morte malis.
quod potes, extenua forti mala corde ferendo,
ad quae iam pridem non rude pectus habes.
atque utinam pereant animae cum corpore nostrae,
60 effugiatque auidos pars mihi nulla rogos!
nam si morte carens uacuas uolat altus in auras
spiritus, et Samii sunt rata dicta senis,

47–48 *om.* T **47** ecquid ubi G (eq-) HPQ : et quid ubi KMV2 : hec quid ubi V : siquid ubi B : nonquid ubi K*sscr* : haec ubi C : nec ubi L4 : ecquid ut G^2L1 : haec simul C*mg*EF B2e **49** ecquid FG^2 (eq- G)HPQTV2 : et quid BCM : hec quid L4VO4 : numquid C*mg*EF*sscr*e : non quid K tendens BC*ac*EFGPQT : tendes C*pc*HKL4MVV2 **51** neu *Mayer* **52** ero *codd.* : ego *Heinsius* : eo *Burmannus* **57** quod *cett. mei* : quo E : quam BC?TaL2 : qua e, *Mussati cento* **58** ad quae BCEHV2*pc* : at quae L4 (atque) MP (atque) VV2*ac* : ut quae FG^2KQT : ad quod G : at quod A : ad mala C*mg*G^2, *ed. Bonon.* : quorum *Heinsius* **60** mihi C*mg*EKM : mea C, *cett. mei* : *an* sibi? **61** uacuas … auras BC*pc*KTb1b2*pc* : uacua … aura GHMPVb2*ac* : uacuam … auram* AC*ac*FL4QV2R : uacuus … auram E **62** uerba E

inter Sarmaticas Romana uagabitur umbras,
perque feros Manes hospita semper erit.
65 ossa tamen facito parua referantur in urna:
sic ego non etiam mortuus exul ero –
nec uetet hoc quisquam: fratrem Thebana peremptum
supposuit tumulo rege uetante soror –
atque ea cum foliis et amomi puluere misce,
70 inque suburbano condita pone solo;
quosque legat uersus oculo properante uiator,
grandibus in tumuli marmore caede notis:
HIC · EGO · QVI · IACEO · TENERORVM · LVSOR · AMORVM
INGENIO · PERII · NASO · POETA · MEO
75 AT · TIBI · QVI · TRANSIS · NE · SIT · GRAVE · SI · QVID · AMASTI
DICERE · NASONIS · MOLLITER · OSSA · CVBENT
hoc satis in titulo est: etenim maiora libelli
et diuturna magis sunt monimenta mihi;
quos ego confido, quamuis nocuere, daturos
80 nomen et auctori tempora longa suo.
tu tamen extincto feralia munera semper
deque suis lacrimis umida serta dato:

63 sarmaticas] sarmaticos F*ac* (-as *pc*[1], *tum* -a *pc*[2]) : sauromatas b1eH4P4P5T2 umbras BCEL4MQTV2 : umbra FGHPKVb2 **67** nec eU1 : non *omnes mei* uetet *Heinsius* : uetat *omnes mei* : negat b1 **72** tumuli V2*ul, cett. mei* : tituli FMQV2 **75** si quid *Heinsius* (*qui et* si quis *proposuit*) : quicquid K : quisquid O2 : quisquis K*ul, cett. mei* **77** titulo ABCG²HL4MPQV2 : tumulo EFGH*ul*KTV : titulos *Heinsius* **78** mihi C?, *cett. mei* : mei BETb1e **81** feralia C, *cett. mei* : fer talia C*ul* semper AHKL4MP : ferto BCFGQ TV2eL1 : ferro EV **82** suis b1, *Heinsius* : tuis *omnes mei*

quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis,
sentiet officium maesta fauilla pium.
85 scribere plura libet, sed uox mihi fessa loquendo
dictandi uires siccaque lingua negat.
accipe supremo dictum mihi forsitan ore,
quod, tibi qui mittit, non habet ipse: 'uale'.

4a

O mihi care quidem semper, sed tempore duro
cognite, res postquam procubuere meae,
usibus edocto si quicquam credis amico,
uiue tibi et longe nomina magna fuge.
5 uiue tibi, quantumque potes, praelustria uita:
saeuum praelustri fulmen ab arce uenit.
nam quamquam multum possunt prodesse potentes,
non prosit potius, siquis obesse potest!

83 cinerem C*ac, cett. mei* : cineres C*pc*KM **84** pium G, *cett. mei* : tuum EG[2] **86** dictanti b1 **87** tibi TJ **Carm. 4a** (A)BCEFG(G[2])HKL4MPQTVV2] *separant* E+ M+, *cett. mei* : *continuant* EM **3** moribus K4, *flor. Turicense RG 172* quicquam (E), *cett. mei* : quisquam B : quicquid F*mg*R : si quid F? : quid mihi C **6** arce* C*mg*G[2]b2*ul*dR : igne ACG, *cett. mei* **7–8** *del. Heinsius* **7** multum *Hall* : soli *codd.* : tituli *Ehwald* **8** non *cett. mei* : uel non V : num *Luck* : nec *Richmond* prosit potius ABFG?KL4MV2 : prodest potius CG[3]TdJR : potius prodest HPb2 : prosunt potius EQ : potius prosit *Richmond* siquis AG[3]M*pc, cett. mei* : siquid L4 : sed quid K : plurimum G?M*ac*V potest AG[3], *cett. mei* : solent G?V, *ed. Veneta a. 1474*

effugit hibernas demissa antemna procellas,
10 lataque plus paruis uela tumoris habent.
aspicis ut summa cortex leuis innatet unda,
cum graue nexa semel retia mergat onus?
haec ego si monitor monitus prius ipse fuissem,
in qua debueram forsitan urbe forem.
15 dum mecum uixi, dum me leuis aura ferebat,
haec mea per placidas cumba cucurrit aquas.
qui cadit in plano – uix hoc tamen euenit ipsum –
sic cadit ut tacta surgere possit humo:
at miser Elpenor tecto delapsus ab alto
20 occurrit regi debilis umbra suo.
quid fuit ut tutas agitarit Daedalus alas,
Icarus Icarias nomine signet aquas?
nempe quod hic alte, demissius ille uolabat;
nam pinnas ambo non tenuere pares.
25 crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, et intra
fortunam debet quisque manere suam.

9 dimissa FVe **10** tumoris *Hall* : timoris *codd. notandum est extare in* P4 *glossema* id est magis inflantur ad uentum **12** semel *Hall* : simul *codd.* **14** debueram F : debebam* *cett. mei* **15** mecum *T. Faber* : tecum *codd.* **16** tunc mea *T. Faber* **20** debilis AG, *cett. mei* : flebilis BCEFL4J : flexibilis? G[2] **21** quid] quod HL4P : qui M agitarit *Heinsius* : agitaret *codd.* **22** Icarias *Bentleius* : ycareas b1K2 L2P4T3 : aequoreas T2, *Par. lat. 7647* : inmensas *omnes mei* : Aegaeas *Francius* signet ABGL4MQV2 : signat CFHKP TV : fecit Eb1e **24** nonne *Heinsius* tenuere pares : *Hall* : habuere suas *codd.* **25** infra* V7

non foret Eumedes orbus, si filius eius
stultus Achilleos non adamasset equos;
nec natum in flamma uidisset, in arbore natas,
30 cepisset genitor si Phaethonta Merops.
tu quoque formida nimium sublimia semper,
propositique, precor, contrahe uela tui:
nam pede inoffenso spatium decurrere uitae
dignus es et fato candidiore frui.
35 quae pro te uoueam, miti pietate mereris
haesuraque mihi tempus in omne fide.
uidi ego te tali uultu mea fata gementem,
qualem credibile est ore fuisse meo.
nostra tuas uidi lacrimas super ora cadentes,
40 tempore quas uno fidaque uerba bibi.
nunc quoque submotum studio defendis amico,
et mala uix ulla parte leuanda leuas.
uiue sine inuidia, mollesque inglorius annos
exige, amicitias et tibi iunge pares,
45 Nasonisque tui, quod adhuc non exulat unum,
nomen ama: Scythicus cetera Pontus habet.

27 eumedes KQ : eumenides (*uel simm.*) *cett. mei* olim *Francius, Bentleius* **29** non F flamma] flammas AF*ac*L4b2 : flammis EF*pc*TeR **30** flexisset *T. Faber* **32** precor] tenax T : memor* eP4, *ed. Bonon.* **35** uoueam b2 : ut uoueam* V2*pc, cett. mei* : ut foueam KMV2*ac* : ut uideam L4 **36** fide ... mihi M **37** luctu *Heinsius* **38** qualia credibile est ora fuisse mihi *Heinsius* **39** sensi *Mayer* **40** bibi A, *cett. mei* : tuli P3 : dabas Eb1d?e **41** amico *cod. unus ap. Burmannum* : amicum *omnes mei* **44** i tibi *Heinsius*

4b

Proxima sideribus tellus Erymanthidos Vrsae
me tenet, adstricto terra perusta gelu.
Bosporos et Tanais superant Scythiaeque paludes
uixque satis noti, nomina rauca, loci. (50)
5 ulterius nihil est nisi non habitabile frigus:
heu quam uicina est ultima terra mihi!
at longe patria est, longe carissima coniunx,
quidquid et haec nobis post duo dulce fuit.
sic tamen haec absunt ut, quae contingere non est (55)
10 corpore, sint animo cuncta uidenda meo.
ante oculos errat gratorum forma locorum,
acceduntque suis singula facta locis.
coniugis ante oculos, sicut praesentis, imago est;
illa meos casus ingrauat, illa leuat: (60)
15 ingrauat hoc, quod abest; leuat hoc, quod praestat amorem,
inpositumque sibi firma tuetur onus.

Carm. 4b (A)BCEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *nouam elegiam ordiuntur* P+ B3R+ : *priori adnectunt* P, *cett. mei* **4** uixque satis BCEFGQTVV2 : uix satis est AHKL4MP : uix satis et V7 noti CEFGV2 : noui BTJ : notis V : noto A*sscr*HL4PQ : nato AKM rauca *Heinsius* : pauca *codd.* loci BEFGTV*ac*V2J : loco V*pc* : loqui AHL4MPQ : legi K : mihi C : soli *Heinsius* **6–7** *om.* M **9** si EO1 adsunt M non est AC*sscr*F*pc*, *cett. mei* : non sunt CF*ac*de **10** sint EGQ : sunt *cett. mei* : sic T **11** errat F?K*ul*, *cett. mei* : errant EM : extat K gratorum *Hall* : domus urbs et *cett. mei* : domus urbsque et B : domus et for(tuna) T : domus urbs fora *Rothmaler* **12** accedunt- C*sscr*KM : succedunt-* AC, *cett. mei* **13** imago est EG²Te : imago G, *cett. mei* : F *inc.* **14** aggrauat QVe **15** aggrauat Qe **16** firma] forma B : fida GV

uos quoque pectoribus nostris haeretis, amici,
  dicere quos cupiam nomine quemque suo,
sed timor officium cautus conpescit, et ipsos (65)
20 in nostro poni carmine nolle puto.
ante uolebatis, gratique erat instar honoris,
  uersibus in nostris nomina uestra legi.
quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque
  adloquar, et nulli causa timoris ero, (70)
25 nec meus indicio latitantes uersus amicos
  protrahet: occulte, siquis amabit, amet.
scite tamen, quamuis longa regione remotus
  absim, uos animo semper adesse meo.
et qua quisque potest, testor, mala nostra leuate, (75)
30 fidam proiecto neue negate manum.
prospera sic maneat uobis fortuna, nec umquam
  contacti simili sorte rogetis opem.

5

Vsus amicitiae tecum mihi paruus, ut illam
  non aegre posses dissimulare, fuit,

17 *nouum carmen ordiuntur* GL4V **18** cupiam *Heinsius* : cupio *codd.* **21** honoris MV6 : amoris *cett. mei* **26** protrahet V, *cett. mei* : protrahit ABFKL4M (*fere*)T sicut BMO1 amabit *Housman* : amabat BC*sscr*KMT : amauit C, *cett. mei* **27–28** *uersus Heinsio suspecti* **27** longe L6, *Par. lat. 8069* **29** qua FGHMPQTVV2 : quam B?C?EKB3P5 : que L4 testor *Hall* : oro G², *cett. mei* : aliqua GHMPV **32** *om.* L4 opem EF*ac*Tb1b2*ul*H4O6*mg* : idem F*pc, cett. mei* **Carm. 5** (A)BCEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant cett. mei* : *continuant* EM

nec me conplexus uinclis propioribus esses,
naue mea uento forsan eunte suo:
5 ut cecidi cunctique metu fugere ruinam,
uersaque amicitiae terga dedere meae,
ausus es igne Iouis percussum tangere corpus
et deploratae limen adire domus;
idque recens praestas, nec longo cognitus usu,
10 quod ueterum misero uix duo tresue mihi.
uidi ego confusos uultus uisosque probaui,
osque madens fletu pallidiusque meo;
et lacrimas cernens in singula uerba cadentes,
ore meo lacrimas, auribus illa bibi;
15 bracchiaque accepi presso pendentia collo,
et singultatis oscula mixta sonis.
sum quoque, care, tuis defensus uiribus absens –
scis carum ueri nominis esse loco –
multaque praeterea manifesti signa fauoris
20 pectoribus teneo non abitura meis.
di tibi posse tuos tribuant defendere semper,
quos in materia prosperiore iuues.
si tamen interea, quid in his ego perditus oris –
quod te credibile est quaerere – quaeris, agam,

3 nec M, *Bentleius* : ni *cett. mei,* L2 5 metu BC*mg*GHK MPV : meam ACFL4QTV2 : mei EdR ruinam PV7, *cett. mei* : ruinae* *Heinsius* 8 deplorati *Hendry* 11 uidi confusos FdJ uisos- BC*pc*EFH*ul*MQT : uisus- A C*ac*GHKL4 PV2 : semper- V probaui *Schraderus* : notaui *codd.* 15 presso O1, *ed. Veneta a. 1474* : presto M : maesto* AC, *cett. mei* : nostro C*mg*KJ 16 singultatis TB2eL1 : singultantis A, *cett. mei* : singultosis E 19 manifesti F*pc, cett. mei* : manifesta KMP manifestaque F*ac*

25 spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli,
tristia leniri numina posse dei.
seu temere expecto, siue id contingere fas est,
tu mihi, quod cupio, fas, precor, esse proba,
quaeque tibi est linguae facundia, confer in illud,
30 ut doceas uotum posse ualere meum:
quo quis enim est maior, magis est placabilis irae,
et faciles motus mens generosa capit.
corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
pugna suum finem, cum iacet hostis, habet:
35 at lupus et turpes instant morientibus ursi,
et quaecumque minor nobilitate fera est.
maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanii lacrimas non tulit ille senis.
quae ducis Emathii fuerit clementia, Poros
40 Dariique docent funeris exequiae.
neue hominum referam flexas ad mitius iras,
Iunonis gener est, qui prius hostis erat.

26 dei A, *cett. mei* : duci A*ul* : deo *Heinsius* **29** tibi est linguae] tibi linguae K : tibi linguae est* TO2, *Heinsius* **31** quis enim est K : quis enim *'optimus Vaticanus' Heinsii* (*sed non legitur in* V) : quis est G?HPV : quisquis M*ac* : quisque est BCEG^2 L4M*pc*TV2 : quisque F : quisquam est Q ira F2P4 magis hoc (*uel* huic) placabilis ira est *Heinsius* **35** ursae F2*mg*P5 T2*ac* **36** fera est CEFG^{2}KL4J : fera BGHMPQTVV2 **39–42** *spurios censet Diggle* **39** Poros *Heinsius* : porus KV2 : portus M : phoros O1 : foros E : pharos BCFPQTO2 : faros (*uel simm.*) GHV : magni L4 **40** darii- V2, *Heinsius* : darei- M : pharii- Q : praeclari- *cett. mei* **42** prior A

denique non possum nullam sperare salutem,
cum poenae non sit causa cruenta meae.
45 non mihi quaerenti pessumdare cuncta petitum
Caesareum caput est, quod caput orbis habet;
non aliquid dixit uelandum lingua iocantis,
lapsaue sunt nimio uerba profana mero:
inscia quod crimen uiderunt lumina, plector,
50 peccatumque oculos est habuisse meum.
non equidem totam possum defendere culpam,
sed partem nostri criminis error habet.
spes igitur superest, ut molliat ipse, futurum,
mutati poenam condicione loci.
55 hunc utinam nitidi Solis praenuntius ortum
adferat admisso Lucifer albus equo!

44 non sit poenae TB2b1 **46** habet F2*ma*P5*ul, Hall* : erat *omnes mei* **47** dixit *ed. Aldina altera* : dixi *codd.* uelandum *Hall* : uelataque M : uelutique K : uiolataque AGHL4PQ VV2 : uiolentaque BCEFG[2]T : uelandaque *Santenius* : -ue elataue *Ellis* : uelandaue *Kenney* iocantis *Hall* : locuta est BC FG[2]KL4PQTV2 : locuta E : loquendo est GHP*mg*V : loquenda est M : loquenti *Heinsius* **48** lapsaue *ed. Bonon.* : lapsaque A, *cett. mei* **50** meum BEH*ul*T : meos H, *cett. mei* : mihi P3*ma* **51** possum totam K **53** ut molliat ipse futurum *Heinsius* : futurum ut molliat ipse O6*mg, ed. Bonon.* : facturum ut molliat ipse P (fatorum), *cett. mei* : ut nostram molliat ipse *Hafniensis Heinsii* : ut duram molliat ipse *Burmannus* **54** mutata *Burmannus* **55** hunc V10, *Hafniensis Heinsii* : hoc *cett. mei* : haec EL4e : hos P5, *Riese* ortum *Heinsius* : ortus *codd.*

6

Foedus amicitiae nec uis, carissime, nostrae,
nec, si forte uelis, dissimulare potes.
donec enim licuit, nec te mihi carior alter,
nec tibi me tota iunctior urbe fuit,
5 isque erat usque adeo populo testatus, ut esset
paene magis quam tu quamque ego notus, amor;
quique est in caros animi tibi candor amicos,
cognitus est illi, quem colis ipse, deo.
nil ita celabas ut non ego conscius essem,
10 pectoribusque dabas multa tegenda meis;
cuique ego narrarem secreti quidquid habebam,
excepto quod me perdidit, unus eras.
id quoque si scisses, saluo fruerere sodali,
consilioque forem sospes, amice, tuo:
15 sed mala me in poenam nimirum fama trahebat,
omne bonae claudens utilitatis iter.

Carm. 6 (A)BCEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant* E+ M+, *cett. mei* : *continuant* EMV(*lpr*)V2 **1** nec uis A, *cett. mei* : non uis QV6 : nobis V2 **7–8** *del. Schraderus* **7** quique est G²M*pc, cett. mei* : quique H : quisque M*ac* : quique erat T : quisquis es B : qui fuit K : G *inc.* caros ... amicos *Hall* : caris.. amicis *codd.* : raris ... amicis d, *Heinsius* **8** cognitus est (*sc.* amor) *cett. mei* : cognita sunt M illi EO4U1 : isti FH3P2 : ipsi A, *cett. mei* ipse BCEFKL4TJ : iste GHPQVV2 : ista M : ille O1 deo *Heinsius* : uiro *codd.* : Ioui *Housman* **9** cui non *Heinsius* **10** cuncta *T. Faber* **11** narrarem *Heinsius* : narrabam *codd.* **15–16** *uersus Heinsio suspectos del. Schraderus* **15** mala *Ritchie* : mea *codd.* fama trahebat *Ritchie* : fata trahebant G², *cett. mei* : facta trahebant G?P3*ac* : Parca trahebat *Palmer, Postgate* **16** bonae claudens M : bonae claudent V2, *Ehwald* : bonae claudunt BCEFHKL4 PV : bonum claudunt GQB2P4 : -que claudebant T

siue malum potui tamen hoc uitare cauendo,
seu ratio fatum uincere nulla ualet,
tu tandem, o nobis usu iunctissime longo,
20 pars desiderii maxima paene mei,
sis memor, et siquas fecit tibi gratia uires,
illas pro nobis experiare, rogo,
numinis ut laesi fiat mansuetior ira,
mutatoque minor sit mea poena loco;
25 idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro,
principiumque mei criminis error habet.
nec leue, nec tutum, quo sint mea, dicere, casu
lumina funesti conscia facta mali;
mensque reformidat, ueluti sua uulnera, tempus
30 illud, et admonitu fit nouus ipse dolor;
et quaecumque adeo possunt adferre pudorem,
illa tegi caeca condita nocte decet.
nil igitur referam nisi me peccasse, sed illo
praemia peccato nulla petita mihi,
35 stultitiamque meum crimen debere uocari,
nomina si facto reddere uera uelis.

17 potui tantum *Burmannus* **19** tandem *Hall* : tamen *codd.* : tantum *Merkelius* **21** tibi fecit K **25** facque ita b1 **26** principiumque BEFKQT : principiumue CAGHL4MP VV2 : praecipuumque *Heinsius* : principium nostri C*mg* **27** leue B3F2 : bene T : breue *cett. mei* tutum AF*ac*G, *cett. mei* : tutum est* F*pc*G²b1b2e **30** pudor GHM PV **31–32** *del. Heinsius* **31** sed *Owen* possint U1, *ed. Bonon.* pudorem] dolorem CTb1T2*ul* : pauorem K2 **32** caeca C, *cett. mei* : sera C*mg* nube Ke decet C?V2*pc, cett. mei* : decent C*mg*MV2*ac* : docet K

quae si non ita sunt, alium, quo longius absim,
quaere – suburbana est haec mihi terra – locum.

7

Vade salutatum, subito perarata, Perillam,
littera, sermonis fida ministra mei.
aut illam inuenies dulci cum matre loquentem,
aut inter libros Pieridasque suas.
5 quidquid aget, cum te scierit uenisse, relinquet,
nec mora, quid uenias quidue, requiret, agam.
uiuere me dices, sed sic, ut uiuere nolim,
nec mala tam longa nostra leuata mora;
et tamen ad Musas, quamuis nocuere, reuerti,
10 aptaque in alternos cogere uerba pedes.
'tu quoque' dic 'studiis communibus ecquid inhaeres,
doctaque non patrio carmina more canis?

38 est haec B?GHMQV : est hic ACEF(K *om.* est) L4T V2 : est hoc P : haec sit (*qui soloecismus est, u. Housmannum CCP 1119*) *ed. Veneta a. 1474* : hic sit *Bersmannus ex cod., Dan. Heinsius* locum GHMPVR*ul* : locus G^2, *cett. mei* **Carm. 7 1** (A)BCEFG(G^2)HKL4MPQTVV2; **2–54** (A)BCEFG (G^2)HKL4PQTVV2] *separant* E+M+, *cett. mei* : *continuant* EM **3** loquentem *Hall* : sedentem *codd.* **4** suas BC(E)F G^{2}HKT : tuas GL4PVV2 : meas Q **10** modos K **11** studiis C, *cett. mei* : musis C*mg*FB2*ac*eJ : scriptis b1 ecquid CQTV2 : et quid BFHP : equid EK : hec quid GV : hem quid L4 : ut quid C*sscr*e **12** non] num E : nec K : nunc H non patrio *.i. Graeco*

nam tibi cum facie mores natura pudicos
  et raras dotes ingeniumque dedit.
15 hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas,
  ne male fecundae uena periret aquae;
primus id aspexi teneris in uirginis annis,
  utque pater natae, duxque comesque fui.
ergo si remanent ignes tibi pectoris idem,
20 sola tuum uates Lesbia uincet opus.
sed uereor ne te mea nunc fortuna retardet,
  postque meos casus sit tibi pectus iners.
dum licuit, tua saepe mihi, tibi nostra legebam;
  saepe tuis iudex, saepe magister eram:

13 facie P5 : fatis *omnes mei* **14** raras C*sscr.* G^2, *cett. mei* : caras GHPV : claras C : Clarias *Heinsius* **16** male fecundae G?HK*ul*PQTV : male e fundo CG^2L4 (*om.* e) : malee fundo EKV2R : malee in fundo F : male effunde B **17–18** *uersus Willymottio et Schradero suspecti* **18** *'latet ulcus' Heinsius* pater] patet F*pc*Q : putet F*ac* : mihi est (est *sscr*) V2 natae C*mg*GH KPVR*ul* : nato T : nemo AL4 : uene CEQR*ul* : iuueni J : ueneris FB2R : patriae BV2 *post* 18 *in* A (*non tamen* L4) C*mg*EF*mg*G^2*mg*KL1 *sequitur distichon* tunc (tum F) quoque (ego EG^2KL1) sed (G^2KL1 : si ACE : qui F) nostrum forsan (forsan nostrum AC) deleuit amorem / tempus eram nimio iunctus amore tibi **19** *nouum carmen ordiuntur* L4V2dO4R **20** uincet] uincat K : uincit O4eV6 **21** te mea nunc BGH L4PT*pc*V : nunc mea te CEFK (de) QT*ac*V2 **22** postque G, *cett. mei* : perque* EG^2R **23** saepe tibi *Heinsius* **24** tuis *Heinsius* : tui *omnes mei* : tuus d?L2

25 aut ego praebebam factis modo uersibus aures,
   aut, ubi cessaras, causa ruboris eram.
forsitan exemplo quo me laesere libelli,
   tu metuis poenae fata secunda meae.
pone, Perilla, metum; tantummodo femina nulla
30 neue uir a scriptis discat amare tuis.
ergo desidiae remoue, doctissima, causas,
   inque bonas artes et tua sacra redi.
ista decens facies longis uitiabitur annis,
   rugaque in antiqua fronte senilis erit,
35 inicietque manum formae damnosa senectus,
   quae strepitum passu non faciente uenit;
cumque aliquis dicet 'fuit haec formosa', dolebis,
   et speculum mendax esse querere tuum.

25–26 *om.* EV6, 25–28 *inuerso ordine* (27, 28, 25, 26) *posuit* L2 **25** modo factis b1 aurem b1 **26** cessaras CKQJ : cessares A, *cett. mei* : cessabas H3L2 **27** extemplo V2, *Heinsius* quo T, *Heinsius* : quod Kb1 : quia *cett. mei* : qui O4 **28** metuis *Hall* : quoque sis *codd.* fata V6, *ed. Romana* : facta *omnes mei* secunda *Hall* : secuta AGHL4PV : ruina BCEF G²H*sscr*KT : remissa *T. Faber, Muretus* : seuera *Willymott* : retusa *Zingerle* : *alii alia* pars bona facta QV2 te ... sint ... fata secuta *Luck* : tu ... sis ... pallida facta *Shackleton Bailey* **29** nulla C, *cett. mei* : non sit C*ul*B3eR*ul* : ne qua *Willymott* : ne sit *Burmannus* **30** neue uir a GHKPV : deuia ne a ABL4 V2R : deuia nec FG²QR*ul* : deuia neu E : deuia de C : uita ne T : nec iuuenis C*mg* : neue quis e *Willymott* **32** bonas] tuas BQ : sacras L2 castra b1*ul, Heinsius* **33** uiolabitur H3L2 **35** manum A, *cett. mei* : manus Fb1H4, *ed. Bonon.* **36** strepitum BC*pc*KB2b1e : strepitus AC*ac*, *cett. mei*

sunt tibi opes modicae, cum sis dignissima magnis:
40 finge sed inmensis censibus esse pares,
nempe addit cuicumque libet fortuna rapitque,
Irus et est subito, qui modo Croesus erat.
singula quid referam? nil non mortale tenemus,
pectoris exceptis ingeniique bonis.
45 en ego, cum patria caream uobisque domoque,
demptaque sint, demi quae potuere mihi,
ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:
Caesar in hoc potuit iuris habere nihil.
quilibet hanc saeuo uitam mihi finiat ense,
50 me tamen extincto fama superstes erit,
dumque suis uictrix omnem de montibus orbem
prospiciet domitum Martia Roma, legar.
tu quoque, quam studii maneat felicior usus,
effuge uenturos, qua potes usque, rogos.'

41 nempe addit *Lee* : nempe dat id EF*ac*Kb1J : nempe dat et F*pc, cett. mei* : nempe dat has *Heinsius* : suppeditat *Rappold* cuicumque L2, *Heinsius* : quodcumque *cett. mei* : quecumque Tde rapitque] reportat T : reposcit *Owen* **42** cr(o)esus BC? GH(K)PQTV : cressus V2 : crassus H4*ac?*L1P3T3 : crisus E : crossus L4 : cossus A : grossus B2R : quassus *Berol. Diez. 60* : F *inc.* **43** quid BCEG²K : ne AFGHL4PQTVV2 **45** patria caream CEV6, *Heinsius* : caream patria* A, *cett. mei* **46** dempta- *Hall* : rapta H *codd.* demi *Hall* : adimi *codd.* **51** uictrix omnem AGL4PV : uictrix totum* Q (*cf. 1.5.69*) : uictrix septem BCEFG²HKTL1 : septem uictrix P5 : uictrix comitem V2 **54** quam EKR

8

Nunc ego Triptolemi cuperem consistere curru,
misit in ignotam quo rude semen humum;
nunc ego Medeae uellem frenare dracones,
quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua;
5 nunc ego iactandas optarem sumere pinnas,
siue tuas, Perseu, Daedale, siue tuas,
ut tenera nostris cedente uolatibus aura
aspicerem patriae dulce repente solum,
desertaeque domus uultum, memoresque sodales,
10 caraque praecipue coniugis ora meae.
stulte, quid o frustra uotis puerilibus optas
quae non ulla tulit fertue feretue dies?
si semel optandum est, Augustum numen adora,
et, quem sensisti, rite precare deum.

Carm. 8 (A)BCEFG(G²)HKL4PQTVV2] *separant* C+ E+ K+ QV+ B3b2P3+ : *continuant* CEKV, *cett. mei* **1** consistere curru G?HL4PV : conscendere currus BCFG²QTV2 : descendere currus E : contendere currum K **2** ignotam C*mg, cett. mei* : ignaram* C quo P5*ul?, Santenius* : qui *omnes mei* **3** uellem G², *cett. mei* : mallem GHPV **4** arce C*mg, cett. mei* : urbe C **5** iactandas BC*mg*GHPQVV2 : iactatas K : iactantes FG²L4TR : portantes C : temptas (*sic*) E **9** uultum *Heinsius* : uultus *codd.* **10** mihi *Louaniensis Heinsii* **11** o *Heinsius* : hoc GT : haec C?, *cett. mei* **12** tulit ... dies GHPV : tibi ... dies BEFL4QTV2 : dies ... dies (*sic*) C : dies ... tibi KRV6 -ue ... -ue *Bentleius* : -que ... -que *codd.* feret- CE : refert- *cett. mei* : (re)feret HP **13** augustum O2T2, *Hafniensis Heinsii* : augusti *omnes mei* **14** sensisti G, *cett. mei* : laesisti* G²Qb2*ul*

15 ille tibi pinnasque potest currusque uolucres
tradere: det reditum, protinus ales eris.
si precer hoc – neque enim possim maiora precari –
ne mea sint, timeo, uota modesta parum.
forsitan hoc olim, cum se satiauerit ira,
20 tum quoque sollicita mente precandus erit:
quod nimis interea est instar mihi muneris ampli,
ex his me iubeat quolibet ire locis.
nec caelum nec aquae faciunt nec terra nec aurae,
et mihi perpetuus corpora languor habet:
25 seu uitiant artus aegrae contagia mentis,
siue mei causa est in regione mali,
ut tetigi Pontum, uexant insomnia, uixque
ossa tegit macies, nec iuuat ora cibus;
quique per autumnum percussis frigore primo
30 est color in foliis, quae noua laesit hiemps,
is mea membra tenet, nec uiribus adleuor ullis,
et numquam queruli causa doloris abest.
nec melius ualeo, quam corpore, mente, sed aegra est
utraque pars aeque binaque damna fero.
35 haerens ante oculos ueluti spectabile corpus
adstat fortunae forma tegenda meae;

17 nec B2O4P5 possim E : possum *cett. mei* precari Fb1d eRU1 : rogare A, *cett. mei* **18** timeat *Heinsius* **19** se ... ira J : iam ... iram* *omnes mei* **20** tunc BCQT precandus *Hall* : rogandus *codd.* **21** nimis F*ac*B2 : minus F*pc, cett. mei* **24** et HPV : ei BFGL4TV2 : hei CQ : heu EG²K : set *Owen* **32** laboris A **35** haerens *Hall* : haeret et *omnes mei* : haeret b1 : haeretque O4 **36** astat C*sscr*GHPQVV2 : astans BCE FG²KL4T tegenda *Riese* : legenda AF*pc*Q, *cett. mei* : lugenda F*ac* : luenda t2 : uerenda C*mg*e, *ed. Bonon.* : uidenda *ed. Veneta a. 1474* : tuenda *Heinsius* : querenda *Vogel* : gemenda *Watt*

cumque locum moresque hominum cultusque sonumque
cernimus, et, qui sim qui fuerimque, subit,
tantus amor necis est, querar ut cum Caesaris ira,
40 quod non offensas uindicet ense suas.
at, quoniam semel est odio ciuiliter usus,
mutato leuior sit fuga nostra loco.

9

Hic quoque sunt igitur Graiae – quis crederet? – urbes
inter inhumanae nomina barbariae;
huc quoque Mileto missi uenere coloni,
inque Getis Graias constituere domos.
5 sed uetus huic nomen, positaque antiquius urbe,
constat ab Absyrti caede fuisse loco.
nam rate, quae cura pugnacis facta Mineruae
per non temptatas prima cucurrit aquas,
inpia desertum fugiens Medea parentem
10 dicitur his remos adplicuisse uadis.

37 mores G cultum- K **38** qui ... qui ABEFGHL4 PV : quis ... qui KTO1 : quis ... quis H4P3 : quid ... quid CQV2 **39** cum] iam Q : de BKb1 ira C*ac, cett. mei* : iram V : iras C*pc*O1 iam *et* iram *coniunxit Diggle* **41** at BCFG[2] KP : aut EGHL4QTVV2 **42** sit mihi poena K **Carm. 9** (A)BCEFG(G[2])HKL4PQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : *continuant* EL4P2 **1** igitur ACG?, *cett. mei* : urbes C*ul*G[2]e : unquam Fb2J crederet urbes ACG?, *cett. mei* : crederet umquam G[2] : credere posset C*ul*e **5** posita- GHL4PV : positum- *cett. mei*

quem procul ut uidit tumulo speculator ab alto,
  'hostis,' ait 'nosco, Colchide, uela, uenit'.
dum trepidant Minyae, dum soluitur aggere funis,
  dum sequitur celeres ancora tracta manus,
15 conscia percussit meritorum pectora Colchis
  ausa atque ausura multa nefanda manu;
et, quamquam superest ingens audacia menti,
  pallor in attonito uirginis ore sedet.
ergo ubi prospexit uenientia uela, 'tenemur,
20 aut pater est aliqua fraude tenendus' ait.
dum quid agat quaerit, dum uersat in omnia uultus,
  ad fratrem casu lumina flexa tulit.
cuius ut oblata est praesentia, 'uicimus' inquit
  'hic mihi morte sua causa salutis erit'.
25 protinus ignari nec quicquam tale timentis
  innocuum rigido perforat ense latus,
ac cito diuellit diuulsaque membra per agros
  dissipat in multis inuenienda locis.
neu pater ignoret, scopulo proponit in alto
30 pallentesque manus sanguineumque caput,

12 hostis *Heinsius* : hospes *codd.* c(h)olchide BCGHL4 PV2 : colchida* (E)FKQT : cholchidus V : Colchidi *Heinsius* uenit] uelit A : sequi K4 : dari CEKb1b2dL2RU1 **18** attonito K : attonitae *cett. mei* sedet eH4K2O2 : uenit T : fuit* *cett. mei* **20** aut *Heinsius* : et *codd.* : an (*.i.* tenemur? / an pater ...?) *Heyworth* tenendus AL4 : morandus *cett. mei* **21** agat nescit T **22** uersa K dedit E **23** uicimus FGH PQV2 : uincimus ABCEKL4TV **27** ac cito *Hall* : atque ita *codd.* **29–30** *in parenthesi posuit Luck* **29** neu C*ac*, *cett. mei* : neue K : ne C*pc*eJO3T2*ac* : non B : heu O2 proponit G, *cett. mei* : praeponit G^3?PQb1 : disponit K ab FK

ut genitor luctuque nouo tardetur et, artus
  dum legat extinctos, triste moretur iter.
inde Tomis locus hic dictus, quia fertur in illo
  membra sui fratris consecuisse soror.

10

Siquis adhuc istic meminit Nasonis adempti,
  et superest sine me nomen in urbe meum,
suppositum stellis numquam tangentibus aequor
  me sciat in media uiuere barbarie:
5 Sauromatae cingunt, fera gens, Bessique Getaeque,
  quam non ingenio nomina digna meo!
dum tamen aura tepet, medio defendimur Histro –
  ille suis liquidus bella repellit aquis –

32 legat BK : leget CETb2R : legit FGHL4PQVV2 moretur ABHL4PV : retardet CE (-at) FGKQTV2 iusta morentur *Heinsius olim* **33** t(h)omis AFGL4 : t(h)omus CHPTV : t(h)omos BK : thamos E : tomettus? V2 : Tomi *Scaliger* locus hic (hinc b2) dictus b2, *Hall* : dictus locus hic *cett. mei* locus dictus thomus hic T inde tomitanus dictus locus hic quia fertur Q **34** membra sui fratris consecuisse soror B2B3b1O3 : membra soror fratris consecuisse sui *codd. mei, nisi quod* G^2 *habet* desecuisse, E subsecuisse, *et* K presecuisse: membratim fratrem dilacerasse soror *schol. Traiectinum ad Sen. Med. 137 ap. Burmannum* **Carm. 10** (A)BCEFG(G^2)HKL4PQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : *continuant* EV2 **1** illic K memor est b1 **3** *nouum carmen orditur* V2 **4** barbarie F*ac* : barbaria F*pc*, *cett. mei* **8** liquidus GV*ac?*V2 : liquidis G^2V*pc*, *cett. mei*

at cum tristis hiemps squalentia protulit ora,
10 terraque marmoreo est candida facta gelu,
nec patitur Boreas et nox habitare sub Arcto,
tunc undas gentes axe gemente premunt.
nix intacta iacet, neu sol pluuiaeque resoluant,
indurat Boreas perpetuamque facit.
15 ergo ubi delicuit nondum prior, altera uenit,
et solet in multis bima manere locis.
tantaque commoti uis est Aquilonis ut altas
aequet humo turres tectaque rapta ferat.

10 marmoreo est ... gelu] marmoreo ... gelu est EK : marmoreo ... gelu BJ **11–12** *del. Scaliger, Heinsius* **11** nec patitur *Hall* : tunc patimur R : dum patet et C, *cett. mei* : dumque patet C*mg*eO2T2, *ed. Bonon.* : tum patet et *ed. Romana* : dum uetat et *Merkelius* : dum parat et (= V6) *uel* prohibet *Owen* nox V6 : nos B2*pc* : nix *cett. mei* : uix B?K habitare ABCHL4PQVV2 : iniecta EFG²Ta*pc*JL1R*ul* : subiecta K : aduecta H4 : iactata C*mg*e, *ed. Bonon.* : agitata a*ul* : G *inc.* **12** tunc EQ : tum AG, *cett. mei* : dum G² (*an* cum?) L1O3R undas *Hall* : tamen has K : patet has K*ul, cett. mei* : liquet has F : piget has (*cum* rigente) *Watt* gemente *Hall* : tremente *cett. mei* : premente Q : rigente *uel* fremente *Burmannus* premunt *Hall* : premit H2 : premi *omnes mei* : peti B2 : quati P3*ul* **13** intacta iacet *Hall* : iacet iniactam O4 : iacet et tactam b1 : iacet et iactam *omnes mei* neu *Hall* : ne G : nec *cett. mei* : non G²e resoluant G?V*ac?, Ehwald* : resoluunt G²V*pc, cett. mei* **16** bima AFHL4QVV2 : bina BCEGKP : bruma TL1 manere AC, *cett. mei* : iacere C*mg*b2*sscr* **18** tectaque rapta G, *cett. mei* : raptaque tecta CETb1b2V3 : tectaque mota F : altaque tecta G²

pellibus et sutis arcent male frigora bracis,
20 oraque de toto corpore sola patent.
saepe sonant moti glacie pendente capilli,
et nitet inducto candida barba gelu;
nudaque consistunt, formam seruantia testae,
uina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
25 quid loquar ut uincti concrescant frigore riui,
deque lacu fragiles effodiantur aquae?
ipse, papyrifero qui non angustior amne
miscetur uasto multa per ora freto,
caeruleos uentis latices durantibus, Hister
30 congelat, et tectis in mare serpit aquis;
quaque rates ierant, pedibus nunc itur, et undas
frigore concretas ungula pulsat equi;
perque nouos pontes, subterlabentibus undis,
ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.
35 uix equidem credar, sed, cum sint praemia falsi
nulla, ratam debet testis habere fidem:
uidimus ingentem glacie consistere Pontum –
lubricaque inmotas crusta premebat aquas –
nec uidisse sat est: durum calcauimus aequor,
40 undaque non udo sub pede firma fuit.

19 et sutis ABF*ac?*G?HL4V2 : insutis Q : hirsutis CEF*pc?* G²H*ul*KPTV male *Heinsius* : mala *codd.* **23** udaque* O6, *Heinsius* **25** uincti G, *Heinsius* : iuncti QV2 : cuncti *cett. mei* **26** effodiuntur ABCEKL4 **30** tectis CF?K*ul, cett. mei* : tacitis* C*mg* : totis K repit e **31** ierant] ibant BP3T3 : errant V2 : F *inc.* **36** testis debet ETR **38** crusta dH4*ac*R : testa *omnes mei* **40** non udo sub pede (B)CFK QT : non nudo sub pede GV2b2 : sub nudo non pede AEHL4 PV firma P5R*ul, Hall* : sum(m)a K, *cett. mei* : clausa K*ul*

si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset,
non foret angustae mors tua crimen aquae.
tum neque se pandi possunt delphines in auras
tollere – conantes dura coercet hiemps –
45 et quamuis Boreas iactatis insonet alis,
fluctus in obsesso gurgite nullus erit;
inclusaeque gelu stabunt ut marmore puppes,
nec poterit rigidas findere remus aquas.
uidimus in glacie pisces haerere ligatos,
50 et pars ex illis tum quoque uiua fuit.
siue igitur nimii Boreae uis saeua marinas
siue redundatas flumine cogit aquas,
protinus aequato siccis Aquilonibus Histro
inuehitur celeri barbarus hostis equo;
55 hostis equo pollens longeque uolante sagitta
uicinam late depopulatur humum.
65 quae nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt,
et cremat insontes hostica flamma casas.

43 tunc Kb2 **45** quamuis A, *cett. mei* : quamquam *ed. Bonon.* **47** ut C*mg*eJ : in AC, *cett. mei* : ceu *Heinsius* marmore *cett. mei* : margine V : litore t1 **48** rigidas poterit K findere AC*pc, cett. mei* : fundere C*ac*P : scindere Qb1 : stringere V7 **49** haerere C, *cett. mei* : pendere C*mg*e **50** et E, *Heinsius* : set BG : sed *cett. mei* tum FHL4P : tunc *cett. mei* **51** boreae nimii CKTb1 **52** redundatas C*mg*G, *cett. mei* : redundantes BCG[2]?K **65–66** *post* 56 *locauit Ritchie* **65** abducere (*sc. hostes*) *codd.* : abscondere (*sc. incolae*) *Hall* **66** flamma A, *cett. mei* : turba e, *ed. Veneta a. 1474*

57 diffugiunt alii, nullisque tuentibus agros
incustoditae diripiuntur opes,
ruris opes paruae, pecus et stridentia plaustra,
60 et quas diuitias incola pauper habet;
61 pars agitur uinctis post tergum rapta lacertis,
respiciens frustra rura Laremque suum;
pars cadit hamatis bis leto missa sagittis:
64 nam volucri ferro tinctile uirus inest.
67 tum quoque, cum pax est, trepidant formidine belli,
nec quisquam presso uomere sulcat humum.
aut uidet aut metuit locus hic, quem non uidet, hostem;
70 cessat iners rigido terra relicta situ.
non hic pampinea dulcis latet uua sub umbra,
nec cumulant altos feruida musta lacus.
poma negat regio, nec haberet Acontius in quo
scriberet hic dominae uerba legenda suae.
75 aspicere est nudos sine fronde, sine arbore campos,
heu loca felici non adeunda uiro!
ergo, tam late pateat cum maximus orbis,
haec est in poenam terra reperta meam!

57–60 *post* 64 *transponere uoluit Heyworth* **61** rapta *Hall* : capta *cett. mei* : uincta L4V3 **63** bis leto missa *Hall* : misere confixa *codd.* **67** tum] tunc EKQT : tu P **68** sulcat] findit Eb2 : pulsat Q **71** sub ulmo* L2 **73** negat A, *cett. mei* : uetat CQTV2 **75** aspicere est *Heinsius* : aspiceres *cett. mei* : aspiceret VV6 : aspiciens L4 : aspicio J **78** poenam … meam *cett. mei,* L1 : poena … mea AL4V : poenas … meas HP

11

Quisquis es, insultes qui casibus, inprobe, nostris,
  meque reum dempto fine cruentus agas,
natus es e scopulis, es pastus lacte ferino,
  et dicam silices pectus habere tuum.
5 quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira,
  restat? quidue meis cernis abesse malis?
barbara me tellus et inhospita litora Ponti
  cumque suo Borea Maenalis Vrsa uidet.
nulla mihi cum gente fera commercia linguae;
10 omnia solliciti sunt loca plena metus.
utque fugax auidis ceruus deprensus ab ursis,
  cinctaue montanis ut pauet agna lupis,
sic ego belligeris a gentibus undique saeptus
  terreor, hoste meum paene premente latus.
15 utque sit exiguum poenae, quod coniuge cara,
  quod patria careo pignoribusque meis,
ut mala nulla feram nisi nudam Caesaris iram,
  nuda parum nobis Caesaris ira mali est?
et tamen est aliquis, qui uulnera cruda retractet,
20 soluat et in mores ora diserta meos.

Carm. 11 (A)BCEFG(G^2)HKL4PQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : *continuat* E **1** quisquis b1, *Heinsius* : siquis *omnes mei* inuide R **3** es pastus *Heinsius* : et pastus ACHL4 PV : eductus T : educatus GQV2 : nutritus BC*mg*EFKJR **6** credis* *Heinsius* **8** suo A, *cett. mei* : truci L1P5 **11** deprehensus GHL4PV **12** cinctaue AFG^2?HL4PQVV2 : cinctaque BCEG?(K)T **17** nisi nudam] nudam nisi GTb2 : nisi solam K (*et tum* 18 sola) : magni nisi FJ **18** parum ... mali est BEF*ac?* (malum *pc?*) GL4QTV2 : parum est ... mali* HPV : parum ... mali CK

in causa facili cuiuis licet esse diserto,
   et minimae uires frangere quassa ualent.
subruere est arces et stantia moenia uirtus:
   quamlibet ignaui praecipitata ruunt.
25 non sum ego quod fueram: quid inanem proteris umbram?
   quid cinerem saxis bustaque nostra petis?
Hector erat tum cum bello certabat: at idem
   uinctus ad Haemonios non erat Hector equos.
me quoque, quem noras olim, non esse memento:
30 ex illo superant haec simulacra uiro.
quid simulacra, ferox, dictis incessis amaris?
   parce, precor, Manes sollicitare meos!
omnia uera puta mea crimina, nil sit in illis
   quod magis errorem quam scelus esse putes,
35 pendimus en profugi – satia tua pectora – poenas
   exilioque graues exiliique loco.

21 in facili causa* b1 diserto BHL4V*pc*V2 : deserto PV*ac* : disertum C*mg*EF*pc*GH*ul*QT : desertum F*ac*K : memento C **23** stantia moenia EFKV2 : moenia stantia *cett. mei* **24** quamlibet AF*ul*K*ul*L4Td : quilibet C*mg?*EFGHKPQ VV2 : quelibet BCK*ul* ruunt T : premunt* *cett. mei* : premit C **25** sum ego quod GHL4PV : sum ego qui C?V2 : sum quod AEF*ul*Q : sum qui BFKT **26** nostraque busta CKV2 **27** tum C*mg*HL4PTVV2 : tunc BCEFGKQ certabat BCEF G²KQTV : certaret GHL4P : tractabat V2 at GHPV : et *cett. mei* **28** uinctus AGHL4V : uictus P : uectus BCFKQ V2L1 : tractus C*sscr*E : raptus T ad haemonios ... equos AH L4V : ab haemonio ... equo *cett. mei,* L1

carnifici fortuna potest mea flenda uideri:
te tamen est uno iudice mersa parum.
saeuior es tristi Busiride, saeuior illo
40 qui falsum lento torruit igne bouem,
et tostum Siculo fertur donasse tyranno,
et dictis artes conciliasse suas:
'munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior,
nec sola est operis forma probanda mei.
45 aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri?
huc tibi, quem perdes, coniciendus erit.
protinus inclusum lentis carbonibus ure:
mugiet, et ueri uox erit illa bouis.
pro quibus inuentis, ut munus munere penses,
50 da, precor, ingenio praemia digna meo.'
dixerat; at Phalaris 'poenae mirande repertor,
ipse tuum princeps inbue' dixit 'opus'.
nec mora, monstratis crudeliter ignibus ustus
exhibuit querulos ore gemente sonos.

37 mea flenda potest fortuna Kb1b2 **38** te *ed. Aldina prior* : et *codd.* mersa K*ul* (mensa K), *cett. mei* : maesta* H4P4*ul* : pressa N*ul* **41** et tostum *Hall* : quique bouem *codd.* **43** rex est usus AC*ac, cett. mei* : usus rex est ET : rex usus est P : usus est rex? C*pc* sed *codd.* : et *C. Schenkl* : uel *Rappold* **45** dextra CF*ac*KJ : dextro AC*sscr*F*pc, cett. mei* **46** huc F*pc?* : hac C*pc*EGQV2J : hic C*ac*HKPT : hinc AB F*ac?*L4V perdes C*pc*EF*sscr*TJ : perdis C*ac*F, *cett. mei* : perdas *Ehwald* **49** ut munus] munus quod E, *unde* munus quo *Burmannus* **50** munera b1 **52** princeps *Heinsius* : primus B3*ul*F2*ul* : praesens *omnes mei* : prensans *Owen* : praestans *Watt* **54** emisit FK querulos H2P3*pc*P5V3 : geminos *omnes mei* gemente BC*sscr*EFGKQTV2 : fremente A : tremente CHL4PVJR

55 quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque?
ad te, quisquis is es, nostra querella redit.
utque sitim nostro possis explere cruore,
quantaque uis, auido gaudia corde feras,
tot mala sum fugiens tellure, tot aequore passus,
60 te quoque ut auditis posse dolere putem.
crede mihi, felix, nobis collatus, Vlixes,
Neptunique minor quam Iouis ira fuit.
ergo, quicumque es, rescindere uulnera noli,
deque graui duras ulcere tolle manus,
65 utque meae famam tenuent obliuia culpae,
fata cicatricem ducere nostra sine;
humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem
et premit, incertas ipse uerere uices.
at quamquam, fieri quod numquam posse putaui,
70 est tibi de rebus maxima cura meis,

55 *nouam elegiam ordiuntur* C+ E+ GH+ L4PV+ scythiam- A(F*ac*)HL4PV : scithias- V2L1 : scythicos- (B)C?(E)(F*pc*)(G) KT : scythas- Q : zizicos- *ed. Bonon.* : Cizigas- *Luck* **56** redit A, *cett. mei,* L1 : uenit dL2O2 **58** corde feras C*mg, cett. mei* : corde feres K : corde geras T : mente feras? C : mente geras L2 **61** felix *Housman* : si sit *codd.* **62** neptunique minor A, *cett. mei* : neptuni minor est BEFKT : Neptuni leuior *Hilberg, Ellis* : Neptunine minor *Owen* iouis ira fuit] fuit ira iouis Tb2 : grauis ira fuit H4*ac* Neptuni minus est quam Iouis ira grauis *Luck* **63** uulnera EG²KTb2R : crimina G, *cett. mei* **64** ulcere *Heinsius* : uulnere *codd.* **66** fata V : facta *cett. mei* **69** at quamquam *Hall* : et quoniam *codd.*

non est quod timeam: fortuna miserrima tuta est;
omne trahit secum Caesaris ira malum.
quod magis ut liqueat, neue hoc ego fingere credar,
ipse uelim poenas experiare meas.

12

Frigora iam Zephyri minuunt, annoque peracto
longior antiquis iura remisit hiemps,
inpositamque sibi qui non bene pertulit Hellen,
tempora nocturnis aequa diurna facit.
5 iam uiolam puerique legunt hilaresque puellae,
rustica quae nullo nata serente uenit;

71 est quod C*mg, cett. mei* : quia quod C : es quem *Heinsius* timeam *Heinsius* : timeas *codd.* tuta B3b2*ul*T3 : nostra *omnes mei* **73** liqueat C*mg, cett. mei* : liceat CV2 : pateat Q **Carm. 12 1–50** (A)BCEFG(G²)HKL4PQTVV2; **51–54** (A)B CDEFG(G²)HKL4PQTVV2] *separant* BC+ E+ FH+ KQT : *continuant* CEGHL4PVV2 **1** annique peracti *Hall olim* **2** longior AC, *cett. mei* : largior C*sscr*U1 : tardior *ed. Veneta a. 1474* antiquis A, *cett. mei* : antiqua B, *ed. Veneta a. 1474* : a uobis *T. Faber* : intepuit *Lachmann* iura remisit *Hall* : uisa meotis *codd.* : uersa Maeotis *T. Faber* : uisa Bootis *uel* Boreis *Heinsius* : uisa Tomitis *Lachmann* : uim moderatur *Vogel* : uicta Tomitis *Watt* abscedit uix Tanaitis *Owen* ante tribus uisa madescit *Housman* **5** uiolam ACGHL4PVV2 : uiolas BC*sscr*E FG²KQT **6** rustica quae ... nata ... uenit ACGHL4P VV2 : rustica quae ... terra ... uehit BG²K : rustica quas ... terra ... uehit P3R : rustica quas ... terra ... tulit Q : pomaque quae ... terra ... gerit P5 (J uehit) : ruraque quae ... nata ... ferunt d?, *ed. Aldina altera* : ruraque quae ... nata ... uehunt C*mg* FT : terraque quae ... nata ... uehit E : rustica quam ... terra ... dedit *Heinsius* (dedit *iam ed. Bonon.*)

prataque pubescunt uariorum flore colorum,
  indocilique loquax gutture uernat auis;
utque malae crimen matris deponat, hirundo
10 sub trabibus cunas tectaque parua facit;
herbaque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis,
  exerit e tepida molle cacumen humo;
quoque loco est uitis, de palmite gemma mouetur –
  nam procul a Getico litore uitis abest –
15 quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus –
  nam procul a Geticis finibus arbor abest.
otia nunc istic, iunctisque ex ordine ludis
  cedunt uerbosi garrula bella fori;
nunc est lusus equi, leuibus nunc luditur armis,
20 nunc pila, nunc celeri uertitur orbe trochus;
nunc ubi perfusa est oleo labente iuuentus,
  defessos artus Virgine tinguit aqua.

9 matris crimen AGHL4PV **10** tecta- ... parua A, *cett. mei* : parua- ... tecta T **12** exerit e tepida EF*mg?*TB2 : excitat e tepida FR*ul* : excitat a tepida K : exit et e tepida L4V2J(ex) : erigit a tepida BC(eC*sscr*)Q : exit et expendit HPV : exit et expandit G : exit et a trepida G² **14** sed FKO4 **15–16** *om.* E **16** sed FKB3 **18** cedunt G²?H*ul* : edunt AGH, *cett. mei* : edent K : dicunt K*sscr* uerbosi ... fori BCEFGQTVV2 : uerboso ... foro AC*sscr*H*ac*L4 : uerbosi ... foro H*pc*P : romanis ... foris K bella BFGQV2 : uerba *cett. mei* **19** nunc est lusus equi *Hall* : lusus equi nunc est C*sscr*E (equo) F*sscr*G²HK (non est) L4PTV : usus equi nunc est BCGQV2 : ludus equi nunc est F : nunc est cursus equi *Richmond* **20** uoluitur AEL4 **21** labente *codd.* : liquente *Heinsius* : splendente *Francius*

scaena uiget studiisque fauor distantibus ardet,
proque tribus resonant terna theatra foris.
25 o quater et quotiens non est numerare beatum,
non interdicta cui licet urbe frui!
at mihi sentitur nix uerno sole soluta,
quaeque lacu duro non fodiuntur aquae.
nec mare concrescit glacie, nec, ut ante, per Histrum
30 stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.
incipient aliquae tandem huc adnare carinae,
hospitaque in Ponti litore puppis erit.
sedulus occurram nautae, dictaque salute,
quid ueniat, quaeram, quisue quibusue locis.
35 ille quidem mirum ni de regione propinqua
non nisi uicinas tutus ararit aquas.
41 fas quoque ab ore freti longaeque Propontidos undis
42 huc aliquem certo uela dedisse Noto.

24 trina* *Heinsius* **25** quater et FGQTV2 : quater o C : quantum et* ABEF*ul*HKL4PV beatus *Mayer* **27** et *Wilamowitz* uerno nix* *Diggle* **28** quae- BEFG^2KQTV : quod- AGHL4P : quo- CV2 : de- P5R duro BEFG^2?KT : durae AC G?HL4PQVV2 non fodiuntur F*pc?*G?K : non fodiantur AB EG^2?HL4PQVV2 : nunc fodiuntur CT : uix fodiuntur b1*ul* : uix fodiantur *ex tribus scriptis Heinsius* **31** incipient GP5R*ul* : incipiunt A, *cett. mei* : incipiant O2 si quae *Heinsius* tandem *C. Schenkl* : tamen A(L4), *cett. mei* : tantum V **32** litora ... eat *Heinsius* **35** mirum ABCEFGL4QT : mirum est HKPV : est mirum V2 ni P4 : nisi A, *cett. mei* **36** ararit *Heinsius* : arabit K*ul*L2O4 : araret CK, *cett. mei* : adiret C*mg*b2e **41–42** *post* 36 *transposuit Wilamowitz* **41** fac *ed. Bonon.*

37 rarus ab Italia tantum mare nauita transit,
litora rarus in haec portubus orba uenit.
siue tamen Graia scierit siue ille Latina
40 uoce loqui – certe gratior huius erit –
43 quisquis is est, memori rumorem uoce referre
et fieri famae parsque gradusque potest.
45 is, precor, auditos possit narrare triumphos
Caesaris et Latio reddita signa Ioui,
teque, rebellatrix, tandem, Germania, magni
triste caput pedibus supposuisse ducis.
haec mihi qui referet, quae non uidisse dolebo,
50 ille meae domui protinus hospes erit.
ei mihi! iamne domus Scythico Nasonis in orbe est?
iamne tuum mihi das pro Lare, Ponte, solum?
di, facite ut Caesar non hoc penetrale domumque,
hospitium poenae sed uelit esse meae.

39 Graia *Heinsius* : grata L4? : graeca *cett. mei* **46** signa *Heyworth* : uota *codd.* **47** teque rebellatrix BCFG^{2}QV2 : te quoque bellatrix AEG?HKL4PTV **51** *incipit denuo* D orbe est CDGHPQVV2 : orbe ABEFKL4T **52** iamne *Heinsius* : iamque *codd.* tuum … das … Ponte *Withofius* : suum … dat … poena F*pc, cett. mei* : suum … dat … terra DE F*ac*KT solum *Withofius* : locum *omnes mei* : situm R*ul* : focum *Burmannus* **53** facite ut] faciant* DV6 : facite o *Heinsius* hoc D?G?L4?, *cett. mei* : hic G^2 domum- G^2, *cett. mei* : locum- DG?

13

Ecce superuacuus – quid enim fuit utile gigni? –
ad sua Natalis tempora noster adest.
dure, quid ad seros ueniebas exulis annos?
debueras illis inposuisse modum.
5 si tibi cura mei, uel si pudor ullus inesset,
non ultra patriam me sequerere meam,
quoque loco primum tibi sum male cognitus infans,
illo temptasses ultimus esse mihi,
iamque relinquenda, quod idem fecere sodales,
10 tu quoque dixisses tristis in urbe 'uale'.
quid tibi cum Ponto? num te quoque Caesaris ira
extremam gelidi misit in orbis humum?
scilicet expectas soliti tibi moris honorem,
pendeat ex umeris uestis ut alba meis,
15 fumida cingatur florentibus ara coronis,
micaque sollemni turis in igne sonet,
libaque depromam genitale notantia tempus,
concipiamque bonas ore fauente preces?

Carm. 13 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2] *separant cett. mei* : *continuat* E **1** tulit *Heinsius* gigni BC*mg*EGHKPQTV2 : nasci CDFG²Jb2 : nobis AL4V **3** seros *Burmannus* : miseros G², *cett. mei* : miseri BG **5** inesset AC, *cett. mei* : adesset C*sscr*FKb2L1 **7** male sum tibi CKe **9** iamque relinquenda *Heinsius* : inque relinquendo *cett. mei* : inque relinquendum AL4 **12** Getici *Heinsius* **13** expectes P4 soliti BD*ul*V6 : solitum D, *cett. mei* moris C*pc* (mortis *ac*) D(L4), *cett. mei* : turis D*ul*J **15** cicutis V3 **17** depromam *Heinsius* : de proprie C : dem proprie A, *cett. mei,* L1 : dem propere BD*ul* : dem pro te QV2 : det propere *ed. Romana* : dem pro me *nescio unde* (*certe non Politiani codd.*) : deproperem *Burmannus* geniale *nescio unde* (*certe non* P)

non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,
20 aduentu possim laetus ut esse tuo:
funeris ara mihi, ferali cincta cupressu,
conuenit, et structis flamma parata rogis;
nec dare tura libet nihil exorantia diuos,
in tantis subeunt nec bona uerba malis.
25 si tamen est aliquid nobis hac luce precandum,
in loca ne redeas amplius ista, precor,
dum me terrarum pars paene nouissima, Pontus,
Euxini falso nomine dictus, habet.

14

Cultor et antistes doctorum sancte uirorum,
quid facis, ingenio semper amice meo?
ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,
nunc quoque, ne uidear totus abesse, caues?
5 suscipis, exceptis, ecquid mea carmina, solis
Artibus, artifici quae nocuere suo?

19–20 *del. Schraderus* **21** funebris *Heinsius* letali DT cupresso HL4PV **23** nihil AGHKL4PTV : nil* BC*mg*DE FV2 : non CQ **25** precandum *Hall* : petendum *codd.* **27** pontus B(D*ul*)EJ : ponti AD, *cett. mei* **28** Euxini *T. Faber* : euxinus A, *cett. mei* **Carm. 14** (A)BCDEFG(G^2) HKL4PQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : *continuant* EH2 **2** quid G?HKPQVV2 : qui ABCDEFG^2L4?T **3** ecquid K (equidem V*ac*) *cett. mei* : hec quid V*pc* : et quid BL4R **5** suscipis O3 (*in ras.*) P3 : excipis E : accipis D*ul* : conspicis BC*mg*DF : conficis ACGHL4PQVV2 : colligis KTb2*ul* : suspicis *Ehwald* ecquid G^2?, *cett. mei* : hec quid V : et quid G? : te quid L4 : quicquid P : equidem B

immo ita fac, quaeso, uatum studiose nouorum,
quaque potes, retine corpus in urbe meum.
est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,
10 qui domini poenam non meruere sui.
saepe per extremas profugus pater exulat oras,
urbe tamen natis exulis esse licet.
Palladis exemplo de me sine matre creata
carmina sunt: stirps haec progeniesque mea est.
15 hanc tibi commendo, quae, quo magis orba parente est,
hoc tibi tutori sarcina maior erit.
tres mihi sunt nati, contagia nostra, secandi:
cetera fac curae sit tibi turba palam;
sint quoque mutatae, ter quinque uolumina, formae,
20 pignora de domini funere rapta sui.
illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
certius a summa nomen habere manu:
nunc incorrectum populi peruenit in ora,
in populi quicquam si tamen ore meum est.

8 corpus AD, *cett. mei* : nomen D*ul?*EKQ **10** pati T3 **11** extremas BDF*pc*GKQV2 : externas* CEHL4PTV : eternas F*ac* **14** mea est A, *cett. mei* : mea CKb2 **15** haec *Heinsius* (*om.* est) est *non habent* BK **16** erunt *Heinsius* **17** conuicia *Watt* secandi *Hall* : secuti *codd.* : necandi *Richmond* : tegendi *Watt* **18** sint C **19–24** *de his uersibus u. Hall, PCPhS supp. 15 (1989) 22* **19** *nouum carmen orditur* F sint *Heinsius* : sunt *codd.* **20** pignora *Hall* : carmina *codd.* **23** *nouum carmen ordiuntur* CHPV2T2 incorrectum BCFG^{2}Q TV2*pc* : incorretum D : incorreptum GHKL4P : incorruptum EV in D*ul*GTV2 : ad AD, *cett. mei* **24** meum est AG, *cett. mei* : meum E : mei est G^2

25 hoc quoque nescioquid nostris adpone libellis,
diuerso missum quod tibi ab orbe uenit.
quod quicumque leget – siquis leget – aestimet ante,
conpositum quo sit tempore quoque loco.
aequus erit scriptis, quorum cognouerit esse
30 exilium tempus barbariemque locum;
inque tot aduersis carmen mirabitur ullum
ducere me tristi sustinuisse manu:
ingenium fregere meum mala, cuius et ante
fons infecundus parcaque uena fuit.
35 sed quaecumque fuit, nullo exercente refugit,
et longo periit arida facta situ.
non hic librorum, per quos inuiter alarque,
copia: pro libris arcus et arma uocant.
nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius
40 intellecturis auribus utar, adest.
nec, quo secedam, locus est: custodia muri
submouet infestos clausaque porta Getas.
saepe aliquod quaero uerbum nomenque locumque,
nec quisquam est a quo certior esse queam.
45 dicere saepe aliquid conanti – turpe fateri! –
uerba mihi desunt dedidicique loqui.

27 leget] legit HPV : legi L4 **29–30** *om.* FK, *add. mg* CB2R **30** barbariem- DEGT : barbariam- BC*mg*HL4PQ VV2 **34** parca- *Heinsius* : parua- *cett. mei* : spuma- Q **37** inuiter C (E -us) G, *cett. mei* : sustenter BC*mg*FG[2](K -ant-) **38** uocant *Hall* : sonant *codd.* : legunt *Richmond* **39** si AG[2], *cett. mei* : cui EGHKP : est? B **41** nec BCDEFG[2]KQV2 : non AGHL4PTV **43** uerbum quaero FKB2

Threicio Scythicoque fere circumsonor ore,
et uideor Geticis scribere posse modis.
crede mihi, timeo ne sint fera mixta Latinis,
50 inque meis scriptis Pontica uerba legas.
qualemcumque igitur uenia dignare libellum,
sortis et excusa condicione meae.

LIBER QVARTVS

1

Siqua meis inerunt, ut erunt, uitiosa libellis,
excusata suo tempore, lector, habe:
exul eram, requiesque mihi, non fama petita est,
mens intenta suis ne foret usque malis.
5 hoc est cur cantet uinctus quoque compede fossor,
indocili numero cum graue mollit opus;
cantet et innitens limosae seruus harenae,
aduerso tardam qui trahit amne ratem;

48 ut uidear K **49** sint fera mixta *Hall* : sint inmixta *codd.* : Sintia mixta *Housman* **51** igitur AD*ul?*GHL4PV : tamen QV2 : legas BCDEFG²K : leges J : legis T

Carm. 1 **1–11** (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2; **12–106** (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : *continuat* E **1** inerunt *Hall* : fuerint *codd.* **7** cantet DEFR : cantat *cett. mei* seruus *Hall* : pronus *codd.*

quique ferens pariter lentos ad pectora remos,
10 in numerum pulsa bracchia iactat aqua.
fessus ubi incubuit baculo saxoue resedit
pastor, harundineo carmine mulcet oues.
cantantis pariter, pariter data pensa trahentis,
fallitur ancillae decipiturque labor.
15 fertur et abducta Lyrneside tristis Achilles
Haemonia curas attenuasse lyra.
cum traheret siluas Orpheus et dura canendo
saxa, bis amissa coniuge maestus erat.
me quoque Musa leuat Ponti loca iussa petentem:
20 sola comes nostrae perstitit illa fugae;
sola nec insidias nec iter nec Thracia tela
nec mare nec uentos barbariemque timet.
scit quoque, cum perii, quis me deceperit error,
et culpam in facto, non scelus, esse meo,
25 scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante,
cum mecum iuncti criminis acta rea est.

9 ferens *Micyllus* : refert *codd.* : terens *Heinsius* **10** iactat T : pulsat CDF*mg*G, *cett. mei* : lassat FJ : uersat C*mg*D*ul* G²K : laxat L6 : uerset *Francius* **11** ubi AC, *cett. mei* : ut* C*mg*FT saxoue A, *cett. mei* : saxoque CP **12** *incipit denuo* M **13** cantanti ... trahenti *Heinsius* **15** in *Ehwald* lyrneside (*uel simm.*) CK, *cett. mei* : briseide C*sscr*EK*ul*QV2 **19** tenentem V3, *Lachmann* **21** nec iter nec *Heinsius* (*qui et* Threci nec *coniecit*) : inter nec K, *cett. mei* : inter BQ : seui nec K*mr* : nec seui T3 : hominum nec O6, *Burmannus* : horret nec O6*mg* : Sintae nec *Iac. Gronouius* : Sinti nec *Ehwald* : nec Sinti *Kenney* thracia tela BC*mg*FGQV2 : militis ensem C, *cett. mei* **22** barbariem- ABDEFHL4V : barbariam- CGKMPQT **24** in fato *Heinsius* **26** iuncti FGHKMPQTV2 : adiuncti ABCDEL4V : ah iuncti *Heinsius*

non equidem uellem, quoniam nocitura fuerunt,
  Pieridum sacris inposuisse manum:
sed nunc quid faciam? uis me tenet ipsa sororum,
30 et carmen demens carmine laesus amo.
sic noua Dulichio lotos gustata palato,
  ipso, quo nocuit, grata sapore fuit.
sentit amans sua damna fere, tamen haeret in illis,
  materiam curae prosequiturque suae.
35 nos quoque delectant, quamuis nocuere, libelli,
  quodque mihi telum uulnera fecit, amo.
forsitan hoc studium possit furor esse uideri,
  sed quiddam furor hic utilitatis habet:
semper in obtutu mentem uetat esse malorum,
40 praesentis casus inmemoremque facit.
utque suum Bacche non sentit saucia uulnus,
  dum stupet Edonis exululata modis,
sic ubi mota calent uiridi mea pectora thyrso,
  altior humano spiritus ecce malo est:
45 ille nec exilium, Scythici nec frigora Ponti,
  ille nec iratos sentit habere deos;

29 me uis D sororum EG²e*ul*R*ul* : sacrorum G, *cett. mei* **30** dementem, et carmen *Hall olim* **32** ipso F : illo *cett. mei* **33** fere AM (-ē), *cett. mei* : ferens PV2B2 **34** curae *Heinsius* : culpae *codd.* prosequitur- C?DEFQTb1b2 : persequitur- ABGHKL4MPVV2 **39** aspectu T **42** Edonis *Heinsius* : idonis *cod. Politiani primus* (= A) *teste Heinsio, sed nihil adnotatum est* : idaeis *codd.* modis ABCD*ul*EHL4MPV : iugis C*mg*DFGKQTV2L1 **43** uiridi C, *cett. mei,* L1 : sacro ABC*mg*DL4V2 **44** ecce *Hall* : ille *codd.* malo est] malo B : loco est K **45–46** *uersus Heinsio suspecti* **45** frigora ET : litora *cett. mei* **46** habetue *Heinsius*

utque soporiferae biberem si pocula Lethes,
temporis aduersi sic mihi sensus hebet.
iure deas igitur ueneror mala nostra leuantes,
50 sollicitae comites ex Helicone fugae,
et partim pelago, partim uestigia terra
uel rate dignatas uel pede nostra sequi.
sint, precor, hae saltem faciles mihi! namque deorum
cetera cum magno Caesare turba facit;
55 meque tot aduersis cumulant, quot litus harenas,
quotque fretum pisces, ouaque piscis habet.
uere prius flores, aestu numerabis aristas,
poma per autumnum, frigoribusque niues,
quam mala quae toto patior iactatus in orbe,
60 dum miser Euxini litora laeua peto.
nec tamen, ut ueni, leuior fortuna malorum est:
huc quoque sunt nostras fata secuta uias;
hic quoque cognosco natalis stamina nostri,
stamina de nigro uellere tracta mihi.
65 utque nec insidias capitisque pericula narrem,
uera quidem, ueri sed grauiora fide,

48 hebet V, *Heinsius* : abest *cett. mei* : obest L4 : abit O2 **50** sollicitae *Scaliger* : sollicitas *codd.* **53** haec BMP saltem faciles C*pc* (saltem *mg suppl.*), *cett. mei* : faciles saltem EHL4PV **55** cumulant D*ac?*M*ac* : cumulat D*pc?*M*pc*V, *cett. mei* **59** toto patior D*ul* (K), *cett. mei* : patior toto HL4PV : duro patior D **60** laeua *Louaniensis Heinsii* : saeua *cett. mei* : iussa O2 : sepe C **61** est *non habent* ABKL4 **64** tracta *Burmannus secundus* (*qui et* ducta *proposuit*) : facta *codd.* : neta *Hall* : fusa *Mayer* **65** utque nec AFHKL4PT(V nec *sscr*) : utque neque BC*mg*GM*pc*QV2 : ut neque ego E : ut neque CDM*ac* : pontique J **66** ueri *Francius* : uera MO6*mg* V6 : uidi *cett. mei*

uiuere quam miserum est inter Bessosque Getasque
illum, qui populi semper in ore fuit!
quam miserum est, porta uitam muroque tueri,
70 uixque sui tutum uiribus esse loci!
aspera militiae iuuenis certamina fugi,
nec nisi lusura mouimus arma manu:
nunc senior gladioque latus scutoque sinistram,
canitiem galeae subicioque meam.
75 nam dedit e specula custos ubi signa tumultus,
induimur trepida protinus arma manu.
hostis, habens arcus inbutaque tela uenenis,
saeuus anhelanti moenia lustrat equo;
utque rapax pecudem, quae se non texit ouili,
80 per sata, per siluas fertque trahitque lupus,
sic, siquem nondum portarum saepe receptum
barbarus in campis repperit hostis, habet:
aut sequitur captus coniectaque uincula collo
accipit, aut telo uirus habente perit.
85 hic ego sollicitae iaceo nouus incola sedis:
heu nimium fati tempora lenta mei!

68 illi* aJ **70** uiribus D, *cett. mei* : moenibus D*ul*b1JO1 : turribus *Heinsius* **72** mouimus AG², *cett. mei* : nouimus GK M*pc* (*ex* nominis) QV2 **76** induimur O6 : induimus* *omnes mei* **77** uenenis DGM : ueneno *cett. mei* **78** lustrat C, *cett. mei* : cingit C*mg*eU1 : pulsat D **79** (rapax) praedam F2*ul* se non C*pc, cett. mei* : non se BC*ac*FK **81** saepe H2O2*ul*P5 : sede G, *cett. mei* **82** habet F*ul, cett. mei* : agit* DEFK **83** uictus O1 coniecta-] iniecta- DF : deiecta- E : coniuncta- K **85** lateo MR*ul*v1 uetus *Francius* **86** lenta AD*ul*M*ul* : longa DM, *cett. mei*

et tamen ad numeros antiquaque sacra reuerti
sustinet in tantis hospita Musa malis.
sed neque cui recitem quisquam est mea carmina, nec qui
90 auribus accipiat uerba Latina suis.
ipse mihi – quid enim faciam? – scriboque legoque,
tutaque iudicio littera nostra meo est.
saepe mihi dixi 'cui nunc haec cura laborat?
an mea Sauromatae scripta Getaeque legent?'
95 saepe etiam lacrimae me sunt scribente profusae,
umidaque est fletu littera facta meo,
corque uetusta meum, tamquam noua, uulnera sentit,
inque sinum maestae labitur imber aquae:
cum, uice mutata, qui sim fuerimque, recordor,
100 et, tulerit quo me casus et unde, subit,
saepe manus demens, studiis irata malignis,
misit in arsuros carmina nostra focos.

89–94 *male cohaerent hi uersus, et fortasse duas eiusdem rei uersiones ab auctoris manu profectas hic habemus* **90** excipiat E, *Francius* **92** iudicio ... est C?, *cett. mei* : iudicio est ... [est] T meo BEV2*sscr* : suo DV2, *cett. mei* : tuo? D*ul* **93** mihi P6, *Ritchie* : tamen *omnes mei* **95** me sunt A, *cett. mei* : sunt me DB2O3P6 **97** sentit BD*ul*G²K : sensit R*ul* : nouit DEGH PT : norit FL4QV2 : norunt C?MV **99** *nouum carmen orditur* G cum DMV2 : tum FQ : dum *cett. mei* : de?B qui F*ac?*, *cett. mei* : quis BDEF*pc?*L4K : quid H4O1 fuerim qui simque TB2 **100** quo me ACDG*pc* (*ipse se corrigens*) HL4MP TV : me quo BEFG*ac*KQV2 **101** malignis FJL2O1O2 : sibique *cett. mei* **102** crimina *Francius* focos BCEFKQ TV2 : rogos AC*mg*DGHL4MPV

atque ita, de multis quoniam non multa supersunt,
cum uenia facito, quisquis es, ista legas.
105 tu quoque non melius, quam sunt mea tempora, carmen,
interdicta mihi, consule, Roma, boni.

2

Iam fera Caesaribus Germania, notus ut orbis,
uicta potest flexo succubuisse genu,
altaque uelentur fortasse Palatia sertis,
turaque in igne sonent inficiantque diem,
5 candidaque adducta collum percussa securi
uictima purpureo sanguine pulset humum,
donaque amicorum templis promissa deorum
reddere uictores Caesar uterque parent

103 atque ita Kd? : atque ea C?D*sscr, cett. mei* : ac ea E : et iam D : quare ita R : atque en *Ehwald* : atque eadem, e *Postgate* **104** iste *Owen* **Carm. 2** (A)BCDEFG(G²)HKL4MPQT VV2] *separant* BC+ DE+ FHKL4M+ PQTV2+ : *continuant* CEGMVV2 **1** notus ut *Hall* : totus ut *codd.* **2** potest V*ac, cett. mei* : potes* FQV*pc* procubuisse* H2T3 **3** uelentur AGHL4M (-ll-)P(-ll-)QVV2 : uelantur BCDEFG²KT **4** turaque BC*mg*EKT : turaue A, *cett. mei* : thura uel [in] Cd sonent ABGHL4MPQVV2 : sonant CDEFG²KT inficiant- ACG, *cett. mei* : inficiunt- C*sscr*DFG²KT **6** pulset GHMP QV2 : tinguat* (L4)Vb2*sscr* : tinget AB : ting(u)it DET : tinxit K : pulsat CD*ul* F **8** parent R*ul* T3 : parant F*pc, cett. mei* : parat EF*ac?*K

et qui Caesareo iuuenes sub nomine crescunt,
10 perpetuo terras ut domus illa regat,
cumque bonis nuribus pro sospite Liuia nato
munera det meritis, saepe datura, deis;
dent pariter matres et quae sine crimine castos
perpetua seruant uirginitate focos.
15 plebs pia cumque pia laetatur plebe senatus,
paruaque cuius eram pars ego nuper, eques:
nos procul expulsos communia gaudia fallunt,
famaque tam longe non nisi rara uenit.
ergo omnis poterit populus spectare triumphos,
20 cumque ducum titulis oppida capta leget,
uinclaque captiua reges ceruice gerentes
ante coronatos ire uidebit equos,
et cernet uultus aliis pro tempore maestos,
terribiles aliis inmemoresque sui;
25 quorum pars causas et res et nomina quaeret,
pars referet, quamuis nouerit illa parum:

10 regat ... domus D illa ADFG?HKL4MPV : ista BCE G²QTV2 **12** det ABCF*ac*GHKL4M*ac*PVV2*ac* : dat DE F*pc*M*pc*QTV2*pc* **13** dent G*sscr*H*sscr*, *Heinsius* : dant D*sscr* : et DGH, *cett. mei* **15** laetatur BCDEFG²KTV2 : laetetur AGHL4MPQV : laetentur *Heinsius* **18** rara P4*ul*, *Heinsius* (*qui et* tarda *uel* sera *proposuit*) : parua *omnes mei* : parca *Francius* **19** poterit populus J : populus poterit *omnes mei* **20** menia P6 **21** gerentes ABF*sscr*GHKL4M*pc*PQTV : regentes M*ac* : ferentes DE : recentes C?V2 : sequentes FR : gementes O6*sscr*P6 **23** maestos P5*ul*, *Heinsius* : uersos *omnes mei* **24** terribilesque ETb2 **25** casus *Heinsius* (*olim* ausus) et regna et *uel* et gesta et *Heinsius* **26** ipsa* L2

'hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
dux fuerat belli, proximus ille duci.
hic, qui nunc in humo lumen miserabile fixit,
30 non isto uultu, cum tulit arma, fuit.
ille ferox et adhuc oculis hostilibus ardens
hortator pugnae consiliumque fuit.
perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,
squalida promissis qui tegit ora comis.
35 illo, qui sequitur, dicunt mactata ministro
saepe requirenti corpora capta deo.
hic lacus, hi montes, haec tot castella, tot amnes,
plena ferae caedis, plena cruoris erant.
Drusus in his meruit quondam cognomina terris,
40 quae bene progenies, digna parente, tulit.
cornibus hic fractis, uiridi male tectus ab ulua,
decolor ipse suo sanguine Rhenus erit.
crinibus en etiam fertur Germania passis,
et ducis inuicti sub pede maesta sedet,
45 collaque Romanae praebens animosa securi,
uincula fert illa, qua tulit arma, manu.'

29 figit* D **30** non isto uultu A, *cett. mei* : non illo uultu b1, *Mayer* : lumine non isto *Hall olim* **31–32** *om.* L4VV6 **31** et adhuc oculis A, *cett. mei* : oculis et adhuc b2JO1 **32** dedit e, *ed. Bonon.* **33** inclusit A, *cett. mei* : conclusit B2L1T3 : illusit e U1, *ed. Bonon.* **34** promissis KL4M VV2 : praemissis Q : demissis BDEFG^2TV2*sscr* : prolixis CG HP : prolusis K*ul* **36** requirenti *Hall* : recusanti *codd.* **39–40** *del. Bentleius* **39** quondam meruit H4 **40** *'versus corruptus' Heinsius* quae] quo QV2 : qui B3*ul* bene *Heinsius* : bona *codd.* : noua *Burmannus* tulit *T. Faber* : fuit *codd.* **41** infractis* C **42** discolor L2 erit AL4L1N : erat *cett. mei* **43** passis C, *cett. mei* : sparsis BC*mg*DEKT

hos super in curru, Caesar, uictore ueheris
purpureus populi rite per ora tui,
quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum,
50 undique roratas flore tegente uias.
tempora Phoebea lauro cingetur 'io' que
miles 'io' magna uoce 'triumphe' canet.
ipse sono plausuque simul cantuque frementes
quadriiugos cernes saepe resistere equos.
55 inde petes arcem, delubra fauentia uotis,
et dabitur merito laurea serta Ioui.
haec ego submotus, qua possum, mente uidebo:
erepti nobis ius habet illa loci;
illa per inmensas spatiatur libera terras,
60 in caelum celeri peruenit illa fuga;

50 roratas *Hall* : iactato *codd.* **51** cingetur M*ac*PV*ac* : cingentur M*pc*V*pc, cett. mei* : cinguntur H2O4 : cingeris *Arondelianus* (= e) *teste Heinsio, perperam* **53** foro ... boante *Kenney* cantuque frementes (frementes *iam Damsté*) *Hall* : fremituque canente M*ac* : fremituque canentum AGH KL4M*pc*PV : fremituque calentes BCDEFG²QTV2JL1 : fremituque pauentes O6 : fremituque frementes *Damsté* : fremituque fauentum *Luck* : cantuque trementes *Diggle* : fremituque Quiritum *Mayer* (*coll. Prop. 3.4.14*) **54** quadriiugos G, *cett. mei* : quadriiugas C : quadriiuges B (-iges) C*mg*G² **55** petes ACDGHKMPT : pates L4 : petens H2N : petet EV*pc* : petent BD*ul*FQV2 : petunt V7 : *Vac. inc.* arcem P4T3V6 : arcem et D*ac?*F*pc*G, *cett. mei* : arces D*pc?*G²B2P6 : arces et F*ac* **56** serta J : uota C*mg*DEGKMQV2 : uitta AB FPT : uicta HL4 : iuncta V : multa C : uirga *Schraderus* **58** dabit *Burmannus* **59** gentes *Burmannus* **60** fuga KM : uia A, *cett. mei*

illa meos oculos mediam deducet in urbem,
inmunes tanti nec sinet esse boni,
inuenietque uiam, qua currus spectet eburnos:
sic certe in patria per breue tempus ero.
65 uera tamen capiet populus spectacula felix,
laetaque erit praesens cum duce turba suo:
at mihi fingenti tantum, longeque remoto,
auribus hic fructus percipiendus erit,
aque procul Latio diuersum missus in orbem,
70 qui narret cupido, uix erit, ista mihi;
is quoque iam serum referet ueteremque triumphum:
quo tamen audiero tempore, laetus ero.
illa dies ueniet, mea qua lugubria ponam,
causaque priuata publica maior erit.

3

Magna minorque ferae, quarum regis altera Graias,
altera Sidonias, utraque fida, rates,

61 deducet B2, *Bentleius* : deducit *omnes mei* : deducat *Heinsius* **62** sinet B2*ac, Bentleius* : sinit *omnes mei* **63** inueniet- C*sscr*F*pc, cett. mei* : inueniat- C : inuenit- F*ac*KM uiam O1 : animus G²H, *cett. mei* : artem GH*sscr* : aditum *Heinsius* **67** fingenti C*sscr*DFG² (K) TR : fingendo ACG, *cett. mei* : fingetur? E remoto BCDEFG²KQTV2 : remotos M*pc*R*ac* : remotis AGHL4M*ac*PV **68** perspiciendus AKL4MV **69** aque *Heinsius* : atque *cett. mei* : adque V2*pc* : utque C?Q V2*ac*V6 **73** ueniet *cett. mei* : ueniat* BH2, *Heinsius* : aderit *ed. Bonon.* **Carm. 3** (A) BCDEFG(G²)HKL4MPQTVV2] *separant* E+, *cett. mei* : *continuant* EM **2** fida *Hall* : sicca *codd.* : certa* *Bentleius*

omnia cum summo positae uideatis in axe
  et maris occiduas non subeatis aquas,
5 aetheriamque suis cingens amplexibus arcem
  uester ab intacta circulus extet humo,
aspicite illa, precor, quae non bene moenia quondam
  dicitur Iliades transiluisse Remus,
inque meam nitidos dominam conuertite uultus,
10 sitque memor nostri necne, referte mihi.
ei mihi! cur nimium quae sunt manifesta requiro?
  cur labat ambiguo spes mihi mixta metu?
crede quod est et uis, ac desine tuta uereri,
  deque fide certa sit tibi certa fides,
15 quodque polo fixae nequeunt tibi dicere flammae,
  non mentitura tu tibi uoce refer,
esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est,
  quodque potest, secum nomen habere tuum.
uultibus illa tuis, tamquam praesentis, inhaeret,
20 teque, remota procul, si modo uiuit, amat.

5 complexibus DV3V6 **9** nitidos dominam] dominam nitidos C : dominam uestros D **11** cur C*mg, cett. mei* : quid C nimium V6, *ed. Veneta a. 1474* : timeam GHM*pc* (*ac inc.*) PV : timui AG[2], *cett. mei* : timidus K : timide *Heinsius* **12** labat E*pc, cett. mei* : labet E*ac* : lacet M : iacet *Ehwald* mihi *quattuor Heinsii* : mea *omnes mei* uicta *Heinsius* **13** est et uis G[2], *cett. mei* : est quod uis C*mg?*ER : est raris C? : et quiuis G ac] et DL4J : nunc K uereri M*ac, cett. mei* : tueri M*pc* **15** positae *Vossianus Heinsii* **17** quo O1V6 **19** praesentis inhaeret KM*eul* H4*ul* T3 : praesentibus haeret *cett. mei* **20** *uerba* teque remota procul *corrupta existimat Luck*

ecquid, ubi incubuit iusto mens aegra dolori,
lenis ab admonito pectore somnus abit?
num subeunt curae, dum te lectusque locusque
tangit et oblitam non sinit esse mei,
25 num ueniunt aestus, et nox inmensa uidetur,
fessaque iactati corporis ossa dolent?
non equidem dubito, quin haec et cetera fiant,
detque tuus maesti signa doloris amor,
nec cruciere minus, quam cum Thebana cruentum
30 Hectora Thessalico uidit ab axe rapi.
quid tamen ipse precer, dubito, nec dicere possum,
adfectum quem te mentis habere uelim.
tristis es? indignor quod sim tibi causa doloris:
non es? at amisso coniuge digna fores.
35 tu uero tua damna dole, mitissima coniunx,
tempus et a nostris exige triste malis,
fleque meos casus: est quaedam flere uoluptas:
expletur lacrimis egeriturque dolor.
atque utinam lugenda tibi non uita, sed esset
40 mors mea, morte fores sola relicta mea!

21 ubi C*ac?, cett. mei* : ut* C*pc?*ETO1 **22** abit G², *cett. mei* : abest AL4V : habet G **23** num *'Mediceus optimus' Heinsii* (*sed non legitur in* L2) : tum RV6 : ne A (*non* nunc) L4 : tunc *cett. mei* : non *Ehwald* cum te BDEF torusque *Heinsius* **25** num *Heinsius* : cum D*ul* : con- O1O6*sscr* : et D, *cett. mei* questus V10*ul* **28** maesti *cett. mei* : casti* V10*ul* : tacti K **29** nec C*sscr, cett. mei* : non CDO3 cruciare ABFHL4P thebana D*ul, cett. mei* : troiana DQb2V3 **30** rapi C, *cett. mei* : trahi C*mg*Fe **33** quod *omnes mei* : quia B2NO1P5 sim *cett. mei* : sum BCTB2 **34** at *Bentleius, Santenius* : ut *codd.* **38** exigiturque B **39** non uita tibi lugenda B2b2H2H4

spiritus hic certe patrias exisset in auras,
sparsissent lacrimae pectora nostra piae,
supremoque die notum spectantia caelum
texissent digiti lumina nostra tui,
45 et cinis in tumulo positus iacuisset auito,
tactaque nascenti corpus haberet humus;
denique, ut et uixi, sine crimine mortuus essem:
nunc mea supplicio uita pudenda suo est.
me miserum, si tu, cum diceris exulis uxor,
50 auertis uultus et subit ora rubor!
me miserum, si turpe putas mihi nupta uideri!
me miserum, si te iam pudet esse meam!
tempus ubi est illud, quo te iactare solebas
coniuge, nec nomen dissimulare uiri?
55 tempus ubi est, quo te – nisi non uis illa referri –
et dici, memini, iuuit et esse meam?

41 certe *Burmannus* : per te *cett. mei* : pro te Qb1 : prope te *Heinsius* **42** pectora DTB2 : corpora *cett. mei* piae DG, *cett. mei* : tuae D*sscr*FG²T **44** texissent] clausissent a*ul* : pressissent *Francius* **47** ut et ACHQV2 : ut e- GM : et ut* EdRV6 : ut ad- V : dum BDFT : ut KL4P : uti *Burmannus* : ceu *Francius* *uersus* 48, 51, 52, 49, 50, 53 *hoc ordine leguntur in* FB2N*pc*V3; 48, 52, 49, 50, 51 *in* N*ac*; 48, 52, 55, 56, 53, 54 *in* T2 **48** nunc F*ul*GHKMPQTV2 : nec ABCDEFL4V : ne D*ul* supplicio ... suo est CD*ul*F*ul*GHKMPQV2 : supplicio est ... suo T : supplicio ... foret BC*mg*DEFG² L4V **49–50** *om.* M, *add. summo mg ma* **50** rubor C*mg, cett. mei* : pudor CDK **51** putes Me **53** quo me *Heinsius* **55** ubi est quo te BCDEFG²QTV2 : ubi est illud AD*ul*G?H L4M*pc*PV : ubi est illud quo te KM*ac* nisi non uis D (uis non) H*ul* M*pc, cett. mei* : quo ni fugis H : quo nisi fugis AL4P : quo non fugis V : si nunc uis L2 : nisi si fugis *Heinsius* illa] uera b1 referri D*pc?*H*ul, cett. mei* : referre AHL4PV : D*ac inc.* **56** ut (*iam* e) ... ut *Francius*

utque proba dignum est, omni tibi dote placebam:
addebat ueris multa fauentis amor.
nec, quem praeferres – ita res tibi magna uidebar –
60 quemque tuum malles esse, uir alter erat.
nunc quoque ne pudeat quod sis mihi nupta; tuusque
non dolor hinc debet, debet abesse pudor.
cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu,
num legis Euadnen erubuisse uiro?
65 nec, quia rex mundi conpescuit ignibus ignes,
ipse suis Phaethon infitiandus erat;
nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,
quod precibus periit ambitiosa suis.
nec tibi, quod saeuis ego sum Iouis ignibus ictus,
70 purpureus molli fiat in ore rubor.
sed magis in curam nostri consurge tuendi,
exemplumque mihi coniugis esto bonae,
materiamque tuis tristem uirtutibus inple:
ardua per praeceps gloria uadat iter.
75 Hectora quis nosset, si felix Troia fuisset?
publica uirtuti per mala facta uia est.

57 proba GHMPQV2 : probae* ABC (*ex* -et) DFG²?K (*ex* -et) L4TV : probem E **60** quemque A, *cett. mei* **62** dolor hinc debet EQ*pc*(hic) : debet hic dolor Q*ac* : debet dolor hinc *cett. mei* rubor *Heinsius* **64** num GM*pc*QTVV2 : non BC DEFHKL4P *post hunc uersum* (C) F*mg*HPV2B2 *inserunt* 4.2.67–68 **66** tuis J eras J (*non* G) **68** quod D*ul* G, *cett. mei* : quae BDG² **69** sum] sim AD (saeuis cum sim) : perii F : *uerb. om.* L4 **70** pudor DGKM **71** curam nostri A, *cett. mei* : nostri curam *ed. Veneta a. 1474* **74** uadat J, *ed. Romana* : uadit *cett. mei* : uadet K : tendit L2 : tendat *Heinsius* **75** si felix AM*pc* (si *sscr*), *cett. mei* : felix si CKM*ac?*T2V3 **76** uirtuti T : uirtutis *cett. mei*

ars tua, Tiphy, uacet, si non sit in aequore fluctus:
si ualeant homines, ars tua, Phoebe, uacet.
quae latet inque bonis cessat non cognita rebus,
80 apparet uirtus arguiturque malis.
dat tibi nostra locum tituli fortuna, caputque
conspicuum pietas qua tua tollat, habet.
utere temporibus, quorum nunc munere grato
en patet in laudes area lata tuas.

4a

O qui, nominibus cum sis generosus auorum,
exuperas morum nobilitate genus,
cuius inest animo patrii candoris imago,
non careat numeris candor ut iste suis,
5 cuius in ingenio est patriae facundia linguae,
qua prior in Latio non fuit ulla foro,

77 uacet M*ac*V2*pc*F2, *Heinsius* : iacet* M*pc*V2*ac, cett. mei* : latet *Luck* **78** uacet M*ac*F2, *ed. Bonon.* : uacat BDEFG[2]KQ TV2 : iacet* ACGHL4M*pc*PV : latet *Luck* **82** qua AC, *cett. mei* : quo C*sscr*V : quod T **83** grato *Hall* : freta es M*pc, cett. mei* : freta est C*mg*M*ac*T3 : functa es (*non* est) L2 : facta est *Mussati cento, Ehwald* : fida es *Heumannus* : tristi *Jortin, Withofius* : sero *Hall olim* tibi copia nunc est C **84** en *unus Vaticanus Heinsii* : et *omnes mei* lata C*sscr*TB3H2H4P4 : magna AC, *cett. mei* **Carm. 4a 1–34** (A) BCDEFG(G[2])HK L4MPQTVV2; **35–54** (A) BCDEFG(G[2])HKL4MPQTTr VV2] *separant* E+M+, *cett. mei* : *continuant* EM **1** auitis* *ed. Aldina altera* **4** numeris DG[2]JR*sscr* : neruis D*ul*G?K, *cett. mei* : meritis K*ul*(?)b2 **5** ingenio est A, *cett. mei* : ingenio BKB2B3P4 linguae est B3P4V3

quod minime uolui, positis pro nomine signis
  dictus es: ignoscas laudibus ipse tuis.
nil ego peccaui: tua te bona cognita produnt;
10 si, quod es, appares, culpa soluta mea est.
nec tamen officium nostro tibi carmine factum
  principe tam iusto posse nocere puto.
ipse pater patriae – quid enim est ciuilius illo? –
  sustinet in nostro carmine nempe legi;
15 nec prohibere potest, quia res est publica Caesar,
  et de communi pars quoque nostra bono est.
Iuppiter ingeniis praebet sua nomina uatum,
  seque celebrari quolibet ore sinit.
causa tua exemplo superorum tuta duorum est,
20 quorum hic aspicitur, creditur ille deus.
ut non debuerim, tamen hoc ego crimen habebo:
  non fuit arbitrii littera nostra tui.
nec noua, quod tecum loquor, est iniuria nostra,
  incolumis cum quo saepe locutus eram:
25 quo uereare minus ne sim tibi crimen amicus,
  inuidiam, siqua est, auctor habere potest.

8 ignoscas] agnoscas F : agnoscis *Maguinness* ipse A, *cett. mei* : ista L1 **11** non DE **12** puta* *quattuor ueteres Heinsii* **13** enim est ... illo AGHKL4MPVV2 : enim ... illo est FT : enim ... illo* BCDEQ ciuilius C, *cett. mei* : communius* C*mg*e : nobilius B **14** nempe *Hall* : saepe *codd.* **16** bono CDGHPQTV2 : bona ABEFKL4MV **17** nomina AG, *cett. mei* : numina BFG²QV2 : munera T? (*an* numina?) V3 **19** duorum (M), *cett. mei* : deorum BCEKTN*maul* O1 est *non habent* BD (*add. sscr*) EFKTV **20** conspicitur *exc. Vossii* **21** amabo* KV **22** sui *Francius* **23–24** *del. Heinsius* **23** nostro *Heinsius* **25** amicus CEFKTVV2 : amicis M : amice BDGHL4PQ : amico *Heinsius*

nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis –
hoc certe nolis dissimulare – pater,
ingeniumque meum – potes hoc meminisse – probabat,
30 plus etiam quam me iudice dignus eram;
deque meis illo referebat uersibus ore,
in quo pars altae nobilitatis erat.
non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit,
sed prius auctori sunt data uerba tuo:
35 nec data sunt, mihi crede, tamen, sed in omnibus actis,
ultima si demas, uita tuenda mea est.
hanc quoque, qua perii, culpam scelus esse negaris,
si tanti series sit tibi nota mali.
aut timor aut error nobis, prius obfuit error.
40 a! sine me fati non meminisse mei;
neue retractando nondum coeuntia rumpam
uulnera: uix illis proderit ipsa quies.
ergo ut iure damus poenas, sic afuit omne
peccato facinus consiliumque meo.

27 semper mihi cultus CD **28** certe nolis *Richmond* : certe noli BCD (-im *ul*) EFKMQV2L1 : noli certe AGHL4 PV : certe nolit TO1V6 : saltem noli B3eP3*ul*U1 **31** lusibus *Heinsius* **32** altae BCG²QV2 : magnae G, *cett. mei* **34** sed prius M*pc, cett. mei* : sed sunt M*ac* sunt data (K sint) M*pc* (V tota), *cett. mei* : non tua M*ac* sed sunt ... iam data *Riese* **35** *incipit denuo* Tr nec J, *ed. Bonon.* : non* ATr(?), *cett. mei* **36** meast Tr **37** negaris *Heinsius* : negabis *codd.* **39** at timor M*ac*Tr prius CTr, *cett. mei* : prior V3 : plus BC*mg* Te : magis D **40** a H*ac* : ah M*pc* : ha D*pc*G : at C*pc*H*pc*M*ac, cett. mei* : aut C*ac*D*ac?*TV2 **41** rumpam AH L4M*pc*V : rumpe *cett. mei* : rupem M*ac*PTr **43** afuit *Owen* : affuit F*ac*GKMP : abfuit ACF*pc*HL4QTVL1 : aufuit V2 : obfuit BE : defuit D : Tr *inc.*

45 idque deus sentit, per quem nec lumen ademptum,
nec mihi detractas possidet alter opes.
forsitan hanc ipsam, uiuam modo, finiet olim,
tempore cum fuerit lenior ira, fugam:
nunc precor hinc alio iubeat discedere, si non
50 nostra uerecundo uota pudore carent.
mitius exilium pauloque propinquius opto,
quique sit a saeuo longior hoste, locum;
quantaque in Augusto est clementia, siquis ab illo
hoc peteret pro me, forsitan ille daret.

4b

Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: (55)
dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

45 per quem D*ul* V9, *Francius, Bentleius* : pro quo D, *cett. mei* ademptum BDEG(L4)MQTrV(-ep-)V2 : ademptum est* CFG² (est *sscr*) HKPT 47 uiuam a*ul, Bentleius* : uiuant M*ac* : uiuat M*pc, cett. mei* : Tr *inc.* finiet V2*pc, cett. mei* : finiat BFTV2*ac*H2NO3*ac*T2 48 cum D Tr*sscr, cett. mei* : quo DTre 51 propinquius AEFGHKL4MPTrV : quietius BC DG²QTV2 opto C, *cett. mei* : oro C*mg*e 52 longior D*ul* Q V2*pc*e : longius DV2*ac, cett. mei* locum D*pc*GHKM*pc*Pe : locus AD*ac?*M*ac, cett. mei* 53–54 *del. Bentleius, susp. Schraderus* 53 quanta- F*ac*M*ac*TrV2*ac*B2 : tanta- AF*pc*M*pc*V2*pc, cett. mei* augusto est C (E est augusto) Tb2 RV6 : augusto A, *cett. mei* **Carm. 4b** (A)BCDEFG(G²)HK L4MPQTTrVV2] *separant* D+P3+P5+, *Francius* : *continuant* D, *cett. mei* 1 frigida me cohibent] frigida me coibant M*ac* (coibent *pc*) : frigidam me coibant Tr 2 axenus Tr, *ed. Romana* : axeus T : axinus L4 : auxenus V2 : anxius PH : *ceteri mirifice uariant*

nam neque iactantur moderatis aequora uentis,
nec placidos portus hospita nauis adit.
5 sunt circa gentes quae praedam sanguine quaerant,
nec minus infesta terra timetur aqua. (60)
illi, quos audis hominum gaudere cruore,
paene sub eiusdem sideris axe iacent,
nec procul a nobis locus est, ubi Taurica dira
10 caede pharetratae spargitur ara deae.
haec prius, ut memorant, non inuidiosa nefandis (65)
nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.
hic ope suppositae uirgo Pelopeia ceruae
sacra deae coluit qualiacumque suae.
15 quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes
exactus Furiis uenerat ipse suis, (70)
et comes, exemplum ueri, Phoceus, amoris,
qui duo corporibus, mentibus unus erant,
protinus euincti tristem ducuntur ad aram,
20 quae stabat geminas ante cruenta fores.

4–5 *om. add. mg* C **4** placidos] placidas BM : placidis Tr adit FGL4M*pc*TrVJ : adis M*ac* : habet C*mg*DEG²HKPQ TV2 : *uerb. om.* B **5** *nouum carmen ordiuntur* GL4P3+ circa] circum D : *uerb. om.* K : Tr *inc.* quaerant E : quaerunt *cett. mei* : Tr *inc.* **6** infesta E : infida* *cett. mei* : Tr *inc.* **8** sideris AKL4MTr : frigoris *cett. mei* igne AKL4MTr(?) **10** spargitur M*ac*V*ac*, *cett. mei* : pascitur* AL4M*pc*V*pc* : Tr *inc.* **11–12** *del. Bentleius* **13** ope suppositae ... ceruae *Hall* : pro supposita ... cerua *codd.* **15** quae MTr dubium D*ac*, *cett. mei* : dubium est D*pc*ETe **19** euicti MTrV triuiae* V10*ul* ducuntur M*pc*, *cett. mei* : deducunt M*ac*Tr

nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum: (75)
alter ob alterius funera maestus erat.
et iam constiterat stricto mucrone sacerdos,
cinxerat et Graias barbara uitta comas,
25 cum uice sermonis fratrem cognouit, et illi
pro nece conplexus Iphigenia dedit. (80)
laeta deae signum crudelia sacra perosae
transtulit ex illis in meliora locis.
haec igitur regio, magni paene ultima mundi,
30 quam fugere homines dique, propinqua mihi est;
aque mea terra prope sunt funebria sacra, (85)
si modo Nasoni barbara terra sua est.
o utinam uenti, quibus est ablatus Orestes,
placato referant et mea uela deo!

5

O mihi dilectos inter pars prima sodales,
unica fortunis ara reperta meis,

22 ob ... funera BMTr : ab ... funere F*pc, cett. mei* : ob ... funere E : ab ... funera F*ac* **23** constiterat BCDEFQTV2 : con steterat K : cum steterat GHL4MPTrV **24** graias] gra-glas Tr : glaucas M **25** sermonis M*pc*Tr*pc, cett. mei* : sermonibus KTr*ac* : sermonum M*ac, Ehwald* **29–32** *del. Schraderus,* **31–32** *Bentleius* **31** aque Tr, *Owen* : atque *cett. mei* mea terra G?MTr : meam terram G[2]?, *cett. mei* **Carm. 5 1–9** (A) BCDEFG(G[2])HKL4MPQTTrVV2; **10–34** (A) BC DEFG(G[2])HKL4MPQTVV2] *separant* E+ M+ V2+, *cett. mei* : *continuant* EMTrV2N **1** sors* DFQV2JR*ul* **2** una hic KM*ac?*Tr

cuius ab adloquiis anima haec moribunda reuixit,
ut uigil infusa Pallade flamma solet,
5 qui ueritus non es portus aperire fideles
fulmine percussae confugiumque rati,
cuius eram censu non me sensurus egentem,
si Caesar patrias eripuisset opes,
temporis oblitum dum me rapit impetus huius,
10 excidit heu nomen quam mihi paene tuum!
te tamen agnoscis, tractusque cupidine laudis,
'ille ego sum' cuperes dicere posse palam.
certe ego, si sineres, titulum tibi reddere uellem,
et raram famae conciliare fidem:
15 ne noceam ingrato, uereor, tibi carmine, neue
intempestiuus nominis obstet honor.
quod licet et tutum est, intra tua pectora gaude
meque tui memorem, teque fuisse mei;
utque facis, remis ad opem luctare ferendam,
20 dum ueniat placido mollior aura deo;
et tutare caput nulli seruabile, si non
qui mersit Stygia subleuet illud aqua;

5 nos es Tr **8** patriae M*ac*Tr **9** *explicit* Tr **11** te *Heinsius* : tu *codd.* agnoscis] agnosces F*pc* : agnoscas D*pc*^{1} : agnosce D*ac* : ignoscis F*ac* e: ignoscas BD*pc*^{2}T tractus- E : tactus-* *cett. mei* : motus-? T3 **14** raram famae ... fidem (L4) (ratam V), *cett. mei* : raram formae ... fidem A : rarae famam ... fide *Doruillius* **15** ingrato *Diggle, Mayer* : grato D*pc, cett. mei* : caro D*ac* **16** obsit *Heinsius* **17** et A, *cett. mei* : hoc BCKMV2 : hic Q **18** mei D e : michi G^{2}H*sscr* : pium D*ul* HG, *cett. mei* **20** ueniat BEFG^{2}KM?TL1 : uenit a AC GHL4PQVV2 : ueniet D ira* BB3H4*ul* O3*ac*P5 mari *uel* salo *Heinsius*

teque, quod est rarum, praesta constanter ad omne
 indeclinatae munus amicitiae:
25 sic tua processus habeat fortuna perennes,
 sic ope non egeas ipse iuuesque tuos;
sic aequet tua nupta uirum bonitate probata,
 incidat et uestro nulla querella toro,
diligat et semper socius te sanguinis illo
30 quo pius adfectu Castora frater amat;
sic similisque tibi iuuenis sit natus, et illum
 moribus agnoscat quilibet esse tuum;
sic socerum faciat taeda te nata iugali,
 nec tardum iuueni det tibi nomen aui.

6

Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri,
 praebet et incuruo colla premenda iugo;

23 rarum praesta C*mg, cett. mei* : gratum praesta ER*ul* V6 : presta auxilium C **24** indelibatae *Francius* **25** successus D perennes G, *cett. mei* : secundos G² **27** bonitate probata *Hall* : bonitate perenni C*mg* G², *cett. mei* : nouitate perenni CG KMV2 : probitate perenni *uel* probitate parentem *Heinsius* : probitate serena *Withofius* **28–29** *om.* L4 **28** nulla G², *cett. mei* : rara GHKMPV **31** *nouum carmen orditur* L4 similisque tibi iuuenis *Hall* : iuuenis similisque tibi *codd.* : superet similisque tibi *Heinsius* : iunctus similisque tibi *Housman* iuuenis] felix *Watt* ut *Watt* **33** socerum faciat eP3, *edd. princ.* : faciat socerum *omnes mei* taeda CDFG²KQ TV2 : lecto BEGHL4MPV **Carm. 6** (A) BCDEFG(G²)H KL4MPQTVV2] *separant* C+QV2+B3P3+, *ed. Aldina altera* : *continuant* CV2, *cett. mei*

tempore paret equus lentis animosus habenis,
  et placido duros accipit ore lupos;
5 tempore Poenorum conpescitur ira leonum,
  nec feritas animo, quae fuit ante, manet;
quaeque sui monitis obtemperat Inda magistri
  belua, seruitium tempore uicta subit.
tempus, ut extentis tumeat, facit, uua racemis,
10 uixque merum capiant grana quod intus habent;
tempus et in canas semen producit aristas,
  et, ne sint tristi poma sapore, cauet.
hoc tenuat dentem terras renouantis aratri,
  hoc rigidas silices, hoc adamanta terit;
15 hoc etiam saeuas paulatim mitigat iras,
  hoc minuit luctus, aegraque corda leuat.
cuncta potest igitur tacito pede lapsa uetustas
  praeterquam curas attenuare meas.
ut patria careo, bis frugibus area trita est,
20 dissiluit nudo pressa bis uua pede.
nec quaesita tamen spatio patientia longo est,
  mensque mali sensum nostra recentis habet.

5 *nouum carmen orditur* B   7 monitis AGHL4M (*add. sscr*) PV : iussis* BCDEFG²KQTV2   9 extentis D*pc*F? M*pc*P*mg*, *cett. mei* : extensis BD*ac*M*ac*T : extinctis P   11 spicam *uel* segetem *uel* messem *Heinsius*   12 cauet KM*ac* : facit K*ul* M*pc*, *cett. mei*   13 *om.* P   terras AM*ac?*, *cett. mei* : terram CDEM*pc*T   renouantis L4M*pc* (semouentis *ac*) : remouentis K : scindentis BDE (sin-) FGHQTV2 : findentis CB2 : patientis V   14 rigidas] rigidos DF?Tb2V6 : duros E   15 hoc hominum *Francius*   16 aegra- *Ritchie* : maesta- *codd.* : uasta- *Burmannus* leuat] domat T : iuuat e   17 longa uetustas eO1   18 attenuasse *Richmond*   21 nec AF?, *cett. mei* : non B : ne K

scilicet et ueteres fugiunt iuga saepe iuuenci,
et domitus freno saepe repugnat equus.
25 tristior est etiam praesens aerumna priore:
ne sit enim sibi par, creuit et aucta mora est.
nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt;
nunc magis hoc, quo sunt cognitiora, grauant.
est quoque non nihilum uires adferre recentes,
30 nec praeconsumptum temporis esse malis.
fortior in fulua nouus est luctator harena,
quam cui sunt tarda bracchia fessa mora.
integer est melior nitidis gladiator in armis,
quam cui tela fero sanguine tincta rubent.
35 fert bene praecipites nauis modo facta procellas:
quamlibet exiguo soluitur imbre uetus.
nos quoque, quae ferimus, tulimus patientius ante
quam mala sunt longo multiplicata die.
credite: deficio, nostrisque, a corpore quantum
40 auguror, accedent tempora parua malis.

23 saepe] saeua *Louaniensis Heinsii* : curua* HP : dura *Francius* **25** fortuna T priore M?, *cett. mei* : priori BHKL4P : priorum E **26** ne sit J : ut sit* *omnes mei* creuit M*ac, cett. mei* : crescit M*pc*QH4*sscr* mora [est] K **28** nunc BM : sed *cett. mei* **29** nihilum GKM : nimium B3P5T2 : nimnium D : minimum G², *cett. mei* **33** nitidis melior EO2 **34** fero *Hall* : suo *codd.* rubent ...suo C **37** quae] quod R : uix *Luck* **38** quam *ed. Romana* : cum *Par. lat. 7647* : quae C, *cett. mei* : quod b1 : et C*mg e, ed. Bonon.* longo BEB3L2 : longa* *cett. mei* **39–40** *del. Heinsius* **39** nostris- *Willymott, qui et recte distinxit* : nostro- *codd.* pectore K quantumque a corpore nostro JO1 **40** accedent *Burmannus* : accedunt *omnes mei* : accedant b1

nam neque sunt uires, nec qui color esse solebat;
uix habeo tenuem, quae tegat ossa, cutem.
corpore sed mens est aegro magis aegra, malique
in circumspectu stat sine fine sui.
45 urbis abest facies, absunt, mea cura, sodales,
et, qua nemo mihi carior, uxor abest:
uulgus adest Scythicum, bracataque turba Getarum:
sic male quae uideo non uideoque nocent.
una tamen spes est quae me soletur in istis,
50 haec fore morte mea non diuturna mala.

7

Bis uer Sol adiit gelidae post frigora brumae,
bisque suum tacto Pisce peregit iter.
tempore tam longo cur non tua dextera uersus
quamlibet in paucos officiosa fuit?

41 esse D*sscr*F?, *cett. mei* : ante* DKJ **46** qua nemo *Heinsius* (*qui et* mihi qua nil est *proposuit*) : qua nulla (L4 que), *cett. mei* : queis una *Willymott* **48** male V6, *Heinsius* : mala AK*ul, cett. mei* : me KM, *ed. Veneta a. 1474* : mihi* *Francius* mouent M, *ed. Veneta a. 1474* **49** soletur AD*ac*GM?, *cett. mei* : solatur D*pc*FG²deR **Carm. 7 1–5** (A) BCDEFG(G²) HKL4MPQTVV2; **6–26** (A) BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2] *separant* C+ E+ M+ V2+, *cett. mei* : *continuant* CEMV2 **1** uer *Heinsius* : me *cett. mei* : mala (*eras.*) mea V2 : iam *Richmond* gelidae post frigora brumae DEHKPTJb2 : gelidae post tempora brumae b1 : gelidam post frigora brumam B?M*pc* QVV2 : gelidam post frigore brumam ACF?L4L1 : gelidam sub tempore brumae G

5 cur tua cessauit pietas, scribentibus illis
exiguus nobis cum quibus usus erat?
cur, quotiens alicui chartae sua uincula dempsi,
frustra speraui nomen habere tuum?
di faciant ut multa tua sit epistula dextra
10 scripta, sed e multis reddita nulla mihi.
quod precor, esse liquet: credam prius ora Medusae
Gorgonis anguinis cincta fuisse comis,
esse canes utero sub uirginis, esse Chimaeram,
a truce quae flammis separet angue leam,
15 quadrupedesque hominum cum pectore pectora iunctos,
tergeminumque uirum tergeminumque canem,
Sphingaque et Harpyias serpentipedesque Gigantas,
centimanumque Gygen semiuirumque bouem –
haec ego cuncta prius, quam te, carissime, credam
20 mutatum curam deposuisse mei.
innumeri montes inter me teque uiaeque
fluminaque et campi nec freta pauca iacent:

5 *desinit* M, *incipit denuo* m 7–8 *om.* T 7 totiens HK Pb2 dempsi ... carte D rupi G[2] 8 frustra speraui *Shackleton Bailey* (*iam* speraui frustra *Kenney*) : illam speraui *codd.* 9 multa *Hall* : saepe *codd.* 10 e CDKm : ex AF?, *cett. mei* 11 quod reor *Francius* 12 anguinis a*ul* m *Vossius, Bentleius* : anguineis (K), *cett. mei* : anguigenis Qe 14 separet ABFK L4QVV2 : separat CDEGHPT 15 quadrupedesque BCEF GKQTVV2 : quadrupedes ADHL4Pm hominum AGK L4V : hominis C*sscr*D : homines D*sscr*G[2], *cett. mei* corpora* *Diggle* 17 gigantas G[2]V2*pc* : gigantes GV2*ac, cett. mei* 18 gygen Q : gigen FTV2J : gigem (-ē) BDEG[2]L4V : gigan H : gigam Ce : gigans K : gian G : giā P : Gyen *Heinsius* semiuirumque bouem D : semibouemque uirum *cett. mei*

mille potest causis, a te quae littera saepe
   missa sit, in nostras nulla uenire manus:
25 mille tamen causas scribendo uince frequenter,
   excusem ne te semper, amice, mihi.

8

Iam mea cycneas imitantur tempora plumas,
   inficit et nigras alba senecta comas;
iam subeunt anni fragiles et inertior aetas,
   iamque parum firmo me mihi ferre graue est.
5 nunc erat ut posita deberem fine labori
   uiuere non ullo sollicitante metu,
quaeque meae semper placuerunt otia menti
   carpere et in studiis molliter esse meis,
et paruam celebrare domum ueteresque Penates
10 et quae nunc domino rura paterna carent,
inque sinu dominae carisque sodalibus inque
   securus patria consenuisse mea.

23 cur V7 **24** nulla m P4*ul* : rara *cett. mei* : saepe Q
Carm. 8 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2 (*u.* 18 *suscipit mr*)] *separant* D+ FGK+ L4PQVV2+ : *continuant* BCDEHKTV2
5 posita *Heinsius* : posito *codd.* labori *Heinsius* : laborum *cett. mei* : malorum HL4PVm **6** non ullo *Watt* : cum nullo AC, *cett. mei* : me nullo C*mg*DFGHP : iam nullo T2*ac, Riese, Ellis* : nunc nullo *Withofius* : cor nullo *Luck* **8** mollior *uel* ire *Diggle* **9–10** *om.* C **9** ueteres- A (P uestem-), *cett. mei* : patrios- *ed. Veneta a. 1474* **11–12** *del. Heinsius* **11** sodalibus BDEGHKL4PV : nepotibus* CFG²QTV2

sic mea se quondam peragi sperauerat aetas;
hos ego sic annos condere dignus eram:
15 non ita dis uisum est, qui me terraque marique
actum Sarmaticis exposuere locis.
in caua ducuntur quassae naualia puppes,
ne temere in mediis dissoluantur aquis.
ne cadat et casu palmas inhonestet inepto,
20 languidus in pratis gramina carpit equus.
miles ubi emeritis non est satis utilis annis,
ponit ad antiquos, quae tulit, arma Lares.
sic igitur, tarda uires minuente senecta,
me quoque donari iam rude tempus erat;
25 tempus erat nec me peregrinum ducere caelum,
nec siccam Getico fonte leuare sitim,
sed modo, quos habui, uacuum secedere in hortos,
nunc hominum uisu rursus et urbe frui.

13–14 *del. Bentleius* **13** sic mea se *Hall* : haec mea sic (si D*ac*G) *codd.* : hanc mea sic *Shackleton Bailey* **14** canos HL4 PV condere *Heinsius* : ponere *codd.* : degere *uel* uiuere *Richmond* **15** uisum est F*pc*G², *cett. mei* : uisum F*ac*GQTV2 N*ac*O3*ac*P4 **16** actum CEFGQTV2 : iactum BDHKL4 PV **18** dissoluantur AGHL4PQTVV2 : destituantur BCD EFG²KJ **19–20** *del. Heinsius, Bentleius* **19** casu (*olim* lapsu) ... inepto *Hall* : multas ... adeptus HP : multas ... adeptas C*pc*DFG²T : multas ... ademptus G?V : multas ... ademptas B?C*ac*EKQV2 : multas ... ademptos AL4 : multas ... ineptus *Ritchie* **21** ubi AC, *cett. mei* : ut* BC*mg*D?ET : et K annis EF*ac*GHL4PQVV2 : armis BCDF*pc*G²KT **23** uires tarda DT **25–28** *ante* 5 *transponere uoluit Postgate* **27** uacuum *Heinsius* : uacuos *codd.*

sic animo quondam non diuinante futura
30 optaram placide uiuere posse senex:
fata repugnarunt, quae, cum mihi tempora prima
mollia praebuerint, posteriora grauant.
iamque decem lustris omni sine labe peractis,
parte premor uitae deteriore meae;
35 nec procul a metis, quas paene tenere uidebar,
curriculo grauis est facta ruina meo.
ergo illum demens in me saeuire coegi,
mitius inmensus quo nihil orbis habet,
ipsaque delictis uicta est clementia nostris,
40 nec tamen errori uita negata meo est,
uita procul patria peragenda sub axe Boreo,
qua maris Euxini terra sinistra iacet?
hoc mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa,
esse uideretur uanus uterque locus.
45 nil adeo ualidum est, adamans licet adliget illud,
ut maneat rapido firmius igne Iouis;
nil ita sublime est supraque pericula tendit,
non sit ut inferius suppositumque deo.
nam quamquam uitio pars est contracta malorum,
50 plus tamen exitii numinis ira dedit.

30 optaram *Heinsius* : optabam *codd.* **31–32** Parca repugnauit ... / ... praebuerit ... grauat *Hall* **38** inmensus quo nil mitius orbis habet *Housman* **41** peragenda sub axe boreo A, *cett. mei* (*nisi quod* B *habet* boree, F*sscr* bootes, *et* T boete) : boreae peragenda sub axe C : gelido peragenda sub axe D(E) **43** delphi ABV2L1, *Scaliger* : delphis CFGHL4PV : delphos DEKQT **45–46** *uersus suspectos Heinsio del. Bentleius* **49** contracta K*ul, cett. mei* : subtracta B : et contra K **50** exitio *Heinsius*

at uos admoniti nostris sic casibus este,
aequantem superos emeruisse uirum.

9

Si licet et pateris, nomen facinusque tacebo,
et tua Lethaeis acta dabuntur aquis,
nostraque iungetur lacrimis clementia seris,
fac modo te pateat paenituisse tui;
5 fac modo te damnes, cupiasque eradere uitae
tempora, si possis, Tisiphonaea tuae.
si minus, et flagrant odio tua pectora nostri,
induet infelix arma coacta dolor.
sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem,
10 nostra suas istuc porriget ira manus.
omnia, si nescis, Caesar mihi iura reliquit,
et sola est patria poena carere mea.
et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo:
saepe Iouis telo quercus adusta uiret.
15 denique uindictae ne sit mihi nulla facultas,
Pierides uires et sua tela dabunt.

51 sic *Hall* : quoque *codd.* **Carm. 9** (A)BCDEFG(G[2])H KL4PQTVV2*mr*] *separant* E+, *cett. mei* : *continuant* Em **3** et tua R iungetur *Watt* : uincetur *omnes mei* : mutetur B4 clementia C*mg, cett. mei* : dementia CFHPV : uementia *Postgate* : sententia *Alton* **7** si C*pc, cett. mei* : sin C*ac*GHV nostri G[2]P5*ul, Francius* : nostro G, *cett. mei* **8** induat *Francius* **9** sis licet *Burmannus* **10** istuc R, *ed. Aldina altera* : illuc b2*ac*H2T2 : istic *cett. mei* : illic CDb2*pc* : istinc* FJL2 : isto AK **13** sospes eat *Heinsius* **15** ne *Hall* : si *codd.* **16** in sua *Heinsius*

ut Scythicis habitem longe submotus in oris,
siccaque sint oculis proxima signa meis,
nostra per inmensas ibunt praeconia gentes,
20 quodque querar notum, qua patet orbis, erit.
ibit ad occasum quidquid dicemus ab ortu,
testis et Hesperiae uocis Eous erit.
trans ego tellurem, trans latas audiar undas,
et gemitus uox est magna futura mei.
25 nec tua te sontem tantummodo saecula norint:
perpetuae crimen posteritatis eris.
iam moror in pugnas et nondum cornua sumpsi,
nec mihi sumendi causa sit ulla uelim.
Circus adhuc cessat; spargit tamen acer harenam
30 taurus et infesto iam pede pulsat humum.
hoc quoque, quam uolui, plus est: cane, Musa, receptus,
dum licet huic nomen dissimulare suum.

17 ut E, *ed. Veneta a. 1474* : quod A, *cett. mei* : cum BDL1L2 O1R submotus] semotus D : simotus E **18** sint AD*pc*V6 : sunt D*ac, cett. mei* **23** latas C*mg*dL2 : altas C, *cett. mei* alpes T **25** nec A, *cett. mei* : ne* D*ul*L2, *Heinsius* : neu *ed. Bonon.* : non D norint BC*pc*F*ac*GL4TVV2 : norunt C*ac*E F*pc*KQV6 : noscant L2 : noscent PDH **27** iam moror *Hall* : iam feror *codd.* : iam ferar (*cum* sed nondum) *Watt* et nondum BDFGKQV2 : sed nondum D*ul*TL1 : nondum mihi AEHL4P : necdum mihi CV : at nondum *Doruillius* **29** tamen acer G², *cett. mei* : iam toruus GHPV **31** *nouum carmen ordiuntur* GV receptus AG?HL4PQVV2 : recessus BDEF G²K : regressus T : receptu *Owen* iam nomen apertum C **32** hic *Vogel*

10

Ille ego qui fuerim, tenerorum lusor amorum,
quem legis, ut noris, accipe posteritas.
Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
milia qui nouiens distat ab urbe decem.
5 editus hic ego sum, nec non, ut tempora noris,
cum cecidit fato consul uterque pari.
siquid id est, usque a proauis uetus ordinis heres,
non modo fortunae munere factus eques.
nec stirps prima fui: genito sum fratre creatus,
10 qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus adfuit idem:
una celebrata est per duo liba dies;
haec est armiferae festis de quinque Mineruae,
quae fieri pugna prima cruenta solet.

Carm. 10 (A)BCDEFG(G^2)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ G+, *cett. mei* : *continuant* EGL4VH4m **1** quis GHL4P fuerim BGHK?PV : fueram CDEFL4QTV2 **2** noscas ET **5** hic ABCEGHL4PQL1 : hinc DFKVV2m : hac T noris ACmgPpc (*ex* nobis), *cett. mei* : noscas DEKT : (si ...) queris C **7** si quid id est usque a proauis a, *ed. Aldina altera* : si quid id est usque est proauis G^2 : ...d est usque a proauis j : si quid id est proauis prodest D*sscr* : si quid et a proauis usque est F*ac*GH : si quid et ex proauis usque est K : si quid et a proauis usque P : si quis et a proauis usque est BEL4TVV2 : si quid id a proauis usque est DF*pc*Q : si quis et auctor auis est usque est C : en quod et auctor auis usque est C*mg* : si quis is $\overset{\text{id}}{\text{est}}$ usque a proauis L2 **9** sum] iam O2 : sine T3 : K *nugatur* **10** tribus ... quater C*ac*, *cett. mei* : quater ... tribus C*pc*E **13** armiferae A, *cett. mei* : armigerae DT

15 protinus excolimur teneri, curaque parentis
imus ad insignes urbis ab arte uiros.
frater ad eloquium uiridi tendebat ab aeuo,
fortia uerbosi natus ad arma fori:
at mihi iam puero caelestia sacra placebant,
20 inque suum furtim Musa trahebat opus.
saepe pater dixit: 'studium quid inutile temptas?
Maeonides nullas ipse reliquit opes.'
motus eram dictis, totoque Helicone relicto
scribere temptabam uerba soluta modis:
25 sponte sua numeros carmen ueniebat ad aptos,
et quod temptabam scribere uersus erat.
interea tacito passu labentibus annis
liberior fratri sumpta mihique toga est,
induiturque umeris cum lato purpura clauo:
30 at studium nobis, quod fuit ante, manet.
iamque decem uitae frater geminauerat annos
cum perit, et coepi parte carere mei.
cepimus et tenerae primos aetatis honores,
eque uiris quondam pars tribus una fui.

19 caelestia *codd.* : Permessia *Heinsius* : Phoebeia *Marklandus* **21** temptas D, *cett. mei* : carpis D*ul* b1 L2 R*ul* : captas b2*ul, Burmannus* **24** temptabam ACEGHKL4PT : conabar BC*mg*D FG²QVV2 **25** numeros carmen C : carmen numeros* *cett. mei* **26** temptabam DG, *cett. mei* : conabar D*ul*EG²J scribere BCDFGKQV2 : dicere AEHL4PTVJ **29** umeros HP VJ **30** at *C. Schenkl* : et C*mg*D, *cett. mei* : sed CD*sscr, Riese* **31–32** *post* 34 *locant* EFTH2*pc*NO3*ac*RT2; 31 *add. mg*, 32 *post* 34 *ponit* D **34** eque BC*ac*EGK(L4)QV : deque C*pc*DG² : hec que HPV2 : inque FTR

35 curia restabat: claui mensura coacta est:
maius erat nostris uiribus illud onus.
nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
sollicitaeque fugax ambitionis eram,
et petere Aoniae suadebant tuta sorores
40 otia, iudicio semper amata meo.
temporis illius colui fouique poetas,
quotque aderant uates, rebar adesse deos.
saepe suas uolucres legit mihi grandior aeuo,
quaeque nocet serpens, quae iuuat herba, Macer.
45 saepe suos solitus recitare Propertius ignes,
iure sodalicii qui mihi iunctus erat.
Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis
dulcia conuictus membra fuere mei.
et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
50 dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Vergilium uidi tantum, nec auara Tibullo
tempus amicitiae fata dedere meae.
successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi;
quartus ab his serie temporis ipse fui.

36 onus C*mg*DEGK : opus* ACG², *cett. mei* **37** fuit C*ac*, *cett. mei* : erat C*pc*TdH4P4R : satis *Heinsius* **38** erat *Heinsius* **43** aeui *Heinsius* **44** nocet BCDEGKQVV2 : necet AFL4 : nocens HPT iuuat CGT : iuuet C*sscr*, *cett. mei* : uiret L2 **45** recitare] cantare E : narrare D **46** sodalicii D*ul*(K), *cett. mei* : sodalicio* Db2V6 qui ABC?DEF*pc*KL4 TV2 : quo* F*ac?*GHPQVL1 **47** Bassus *Scaliger* : battus D?Q : batus AB?GHL4PTV : bathus V2 : bacchus *uel simm.* EFK : pontus C pede *Heinsius* iambis G?, *cett. mei* : iambo* DG²?K **49** et tenuit AC, *cett. mei* : detinuit C*mg*FQ **51** auara C*ac*D*ul*, *cett. mei* : amara* BC*pc*DEKT **53** fuit is *Heinsius*

55 utque ego maiores, sic me coluere minores,
notaque non tarde facta Thalia mea est.
carmina cum primum populo iuuenalia legi,
barba resecta mihi bisue semelue fuit.
mouerat ingenium totam cantata per urbem
60 nomine non uero dicta Corinna mihi.
multa quidem scripsi, sed quae uitiosa putaui,
emendaturis ignibus ipse dedi.
tum quoque, cum fugerem, quaedam placitura cremaui,
iratus studio carminibusque meis.
65 molle Cupidineis nec inexpugnabile telis
cor mihi, quodque leuis causa moueret, erat.
cum tamen hic essem, minimoque accenderer igni,
nomine sub nostro fabula nulla fuit.
paene mihi puero nec digna nec utilis uxor
70 est data, quae tempus per breue nupta fuit.
illi successit, quamuis sine crimine coniunx,
non tamen in nostro firma futura toro.
ultima, quae mecum seros permansit in annos,
sustinuit coniunx exulis esse uiri.
75 filia me mea bis prima fecunda iuuenta,
sed non ex uno coniuge, fecit auum.
et iam conplerat genitor sua fata, nouemque
addiderat lustris altera lustra nouem.

57 iuuenalia AGV **63** tum DFHPV2 : tunc *cett. mei* **64** studiis mO3R, *Riese* **67** hic C?DKL4 : hoc *cett. mei* igni GHL4VV2 : igne *cett. mei* **70** perbreue *interpretatus est Heinsius* **73** socios *tres codd. Heinsii* **75** prima mea bis *Heinsius*

non aliter fleui, quam me fleturus adempto
80 ille fuit; matri proxima iusta tuli.
felices ambo, tempestiueque sepultos,
ante diem poenae quod periere meae!
me quoque felicem, quod non uiuentibus illis
sum miser, et de me quod doluere nihil!
85 si tamen extinctis aliquid nisi nomina restat,
et gracilis structos effugit umbra rogos,
fama, parentales, si uos mea contigit, umbrae,
et sunt in Stygio crimina nostra foro,
scite, precor, causam – nec uos mihi fallere fas est –
90 errorem iussae, non scelus, esse fugae.
Manibus hoc satis est: ad uos, studiosa, reuertor,
pectora, qui uitae quaeritis acta meae.
iam mihi canities pulsis melioribus annis
uenerat, antiquas miscueratque comas,
95 postque meos ortus Pisaea uinctus oliua
abstulerat deciens praemia uictor equus,
cum maris Euxini positos ad laeua Tomitas
quaerere me laesi principis ira iubet.

79 adempto C*sscr, cett. mei* : ademptum* CHPQ **80** matri BDEFKQV2 : matris ACG²HL4PTV : matrix C iusta *Cuiacius* : busta *codd.* **81** ambos* V6*ac* sepultos *Heinsius* : sepulti *codd.* **85** aliquid nisi] aliquid quam Ke : aliud quam Eb2 restat BD*pc*FGHPT : restant CD*ac*EG²?KL4QVV2 **87–88** *om.* T **91** id satis* a **92** qui K : quae C?, *cett. mei* **96** abstulerat B3*ul* O3*pc, ed. Aldina altera* : abstuleram *omnes mei* equus *Bentleius, Burmannus* : eques codd. : equis *Strachan* (*ap. Owenium*)

causa meae cunctis nimirum nota ruinae
100 indicio non est testificanda meo.
quid referam comitumque nefas famulosque nocentes?
ipsa multa tuli non leuiora fuga.
indignata malis mens est succumbere, seque
praestitit inuictam uiribus usa suis;
105 oblitusque aeui, ductaeque per otia uitae,
insolita cepi temporis arma manu;
totque tuli terra casus pelagoque quot inter
occultum stellae conspicuumque polum.
tacta mihi tandem longis erroribus acto
110 iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.
hic ego, finitimis quamuis circumsoner armis,
tristia, quo possum, carmine fata leuo.
quod quamquam nemo est, cuius referatur ad aures,
sic tamen absumo decipioque diem.
115 ergo quod uiuo, durisque laboribus obsto,
nec me sollicitae taedia lucis habent,

99 nimirum *Hall* : nimium quoque *omnes mei* (nimium manifesta b1). *eodem modo emendandi sunt uersus Her. 6.53 et Ex Ponto 3.9.49* **102** ipsa ACL4 : ipsaque V2m : ipseque *cett. mei* : et quae *Muretus* : a quis *Heinsius* **105** aeui *Hall* : mei *cett. mei* : mee m : togae C m uitae- ... ductae EKH4P4RT2 **106** tum prius *Caliger, Francius* **107** terra casus pelago- AGHL4PQV : casus terra pelago- CEV2L1 : casus pelago terra- DFm : penas terra pelago- C*mg*KT : casus bello pelago- B **109** tacta mihi tandem] tacta mihi est tandem C*pc*DEdRV1 : tandem tacta mihi est b2 : tacta mihi est equidem C*ac* **112** quo F*pc, cett. mei* : qua F*ac*dP4R : quid K **113** quod C*mg, cett. mei* : que CHKP quamquam *Hall* : quamuis *codd.* referatur C*pc, cett. mei* : referantur C*ac*EGHPT **115** ergo ego quod *Burmannus*

gratia, Musa, tibi: nam tu solacia praebes,
tu curae requies, tu medicina mali;
tu dux et comes es, tu nos abducis ab Histro,
120 in medioque mihi das Helicone locum;
tu mihi, quod rarum est, uiuo sublime dedisti
nomen, ab exequiis quod dare fama solet.
nec, qui detrectat praesentia, Liuor iniquo
ullum de nostris dente momordit opus.
125 nam tulerint magnos cum saecula nostra poetas,
non fuit ingenio fama maligna meo;
cumque ego praeponam multos mihi, non minor illis
dicor, et in toto plurimus orbe legor.
siquid habent igitur uatum praesagia ueri,
130 protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.
siue fauore tuli, siue aequo numine famam,
iure tibi grates, candide lector, ago.

118 mali R*sscr* : malis* Q*ac* : uenis FG^3 (*add.*) Q*pc, cett. mei* : uetus EJ : G*inc.* **119** dux et comes es BCDFKQTV2 : comes et dux es* AHL4PV : dux tu comes es* H2, *Par. lat. 7647* : dux es comes G : dux tu comes G^2 : dux et comes E nos abducis C, *cett. mei* : nos deducis BK : me subducis C*mg* : me seducis *Heinsius* **123** qui AG^2, *cett. mei* : quia BCGQ VV2 detrectat FT : detractat C, *cett. mei* : detrectet A : detractet C*sscr*L4 **131** aequo numine *Hall, Ritchie* : hanc ego carmine *cett. mei* : hanc crimine K **132** tibi G, *cett. mei* : igitur BCDG^2K

LIBER QVINTVS

1

Hunc quoque de Getico, nostri studiose, libellum
litore praemissis quattuor adde meis.
hic quoque talis erit, qualis fortuna poetae:
inuenies toto carmine dulce nihil.
5 flebilis ut noster status est, ita flebile carmen,
materiae scripto conueniente suae.
integer et laetus laeta et iuuenalia lusi:
illa tamen nunc me conposuisse piget.
ut cecidi, perago subiti praeconia casus,
10 sumque argumenti conditor ipse mei;
utque iacens ripa deflere Caystrius ales
dicitur ore suam deficiente necem,
sic ego, Sarmaticas longe proiectus in oras,
efficio tacitum ne mihi funus eat.
15 delicias siquis lasciuaque carmina quaerit,
praemoneo, non est scripta quod ista legat.

Carm. 1 (A)BCDEFG(G[2])HKL4PQTVV2*mr*] *separant cett. mei* : *continuant* E(*lpr*)m (*init. litt. cap.*) **5** sic flebile DR*ul*T3 **7** donec eram laetus AHL4PV iuuenalia G : iuuenilia *cett. mei.* **9** perago subiti B3eH2, *ed. Bonon.* : subiti perago A, *cett. mei* : peraro subiti *Hall* **16–17** *uersus Heinsio suspectos del. Bentleius* **16** non est *Gronouius* : nostra CHL4PV : numquam C*mg*H*ul, cett. mei*

aptior huic Gallus blandique Propertius oris,
aptior, ingenium come, Tibullus erit.
atque utinam numero non nos essemus in isto!
20 ei mihi! cur umquam Musa iocata mea est?
sed dedimus poenas, Scythicique in finibus Histri
ille pharetrati lusor Amoris abest.
quod superest, numeros pudibunda ad carmina flexi,
et memores iussi nominis esse sui.
25 si tamen e uobis aliquis, tam multa, requiret,
unde dolenda canam, multa dolenda tuli.
non haec ingenio, non haec conponimus arte:
Musa mea est propriis ingeniosa malis.
at quota fortunae pars est in carmine nostrae!
30 felix, qui patitur quae numerare potest!
quot frutices siluae, quot flauas Thybris harenas,
mollia quot Martis gramina campus habet,

17 huic] hic L4V, *unde* his *Heinsius* **18** aptior ingenium come tibullus erit AGHL4PV : et plures quorum nomina magna uigent G[2], *cett. mei* **19** non nos A, *cett. mei* : nos non DEKTV2*pc* (*ex* nos nos) : ne nos* P : nec nos *Heinsius* isto A, *cett. mei* : illo e H2T3 **20** iocata L2*ul*O6 : locuta *omnes mei* **22** abest CGHL4PQTV2 : adest BDEFKV **23–24** *del. Bentleius* **23** numeros *Ehwald* : animos AGH*sscr*L4 : animum V : socios G[2]H*ul, cett. mei* : alios *Housman* pudibunda ad *Hall* : ad publica *codd.* : ad tristia *Bentleius* : ad propria *Watt.* publica carmina *Fastos significare censet Shackleton Bailey* **24** criminis *Burmannus* sui AG+G[2]L4V2 : tui E : mei G*ul, cett. mei* **25** e B3P4 : ex *omnes mei* requiret] requirat D : requirit B? K **28** Musa mea est *Hall* : materia est C*mg, cett. mei* : mater erat C **29** at *Heinsius* : et *codd.* nostro FR*ul* **30** ualet O6 **31** flauas] fuluas KL2T2 : flauus *Heinsius*

tot mala pertulimus, quorum medicina quiesque
  nulla nisi in studio est Pieridumque mora.
35 'quis tibi, Naso, modus lacrimosi carminis?' inquis.
  idem, fortunae qui modus huius erit.
quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat,
  nec mea sunt, fati uerba sed ista mei.
at mihi si cara patriam cum coniuge reddas,
40 sint uultus hilares, simque quod ante fui,
lenior inuicti si sit mihi Caesaris ira,
  carmina laetitiae iam tibi plena dabo.
nec tamen ut lusit, rursus mea littera ludet:
  sat semel illa meo luxuriata malo est!
45 quod probet ille, canam, poenae modo parte leuata
  barbariem rigidos effugiamque Getas.
interea, nostri quid agant, nisi triste, libelli?
  tibia funeribus conuenit ista meis.
'at poteras' inquis 'melius mala ferre silendo,
50 et tacitus casus dissimulare tuos.'

34 est *non habent* CE, *post* mora *locant* F (*et post* studio) T choro *Heinsius* **35** *nouum carmen ordiuntur* GHL4PV **40** hilares uultus DV2 **41–42** *uersus Schradero suspecti* **43** nec A, *cett. mei* : non De **44** sat *Heinsius* : sit *cett. mei* : et K : si O3*ac* meo ... malo K4 : meo ... ioco K*ac?* (loco *pc?*) : ioco ... meo BCDE*ac?*FGT : loco ... meo E*pc?*HL4PQVV2 : ioco ... suo b2*pc* : loco ... suo R*ul* : malo ... meo *T. Faber* : ioco ... mihi *Golling* : malo ... ioco *Kenney* est O3*ac, Heinsius* : *non habent codd. mei* **45** ille *Hall* : illa K : ipse *cett. mei* : ipsa G(G^2)HPV **46** barbariem C*sscr*EFQ : barbariam C, *cett. mei* **47** quid dent *uel* ament *Heinsius* **49** tacendo DO3T3

exigis ut nulli gemitus tormenta sequantur,
  acceptoque grauem uulnere flere uetas?
ipse Perilleo Phalaris permisit in aere
  edere mugitus et bouis ore queri.
55 cum non sit Priami lacrimis offensus Achilles,
  tu fletus inhibes, durior hoste, meos?
cum faceret Nioben orbam Latoia proles,
  non tamen et siccas iussit habere genas.
est aliquid, fatale malum per uerba leuare:
60 hoc querulam Procnen Halcyonenque facit.
hoc erat, in gelido quare Poeantius antro
  uoce fatigaret Lemnia saxa sua.
strangulat inclusus dolor, at mens aestuat intus,
  cogitur et uires multiplicare suas.
65 da ueniam potius, uel totos tolle libellos,
  si mihi quod prodest hoc tibi, lector, obest.
sed nec obesse potest, ulli nec scripta fuerunt
  nostra nisi auctori perniciosa suo.
'at mala sunt.' fateor: quis te mala sumere cogit?
70 aut quis deceptum ponere sumpta uetat?

52 affectumque *Hendry* grauem *Hall* : graui *codd.* **53** ipse AC?, *cett. mei* : ille DEL1 **54** loqui K **55** *uerba* non sit *ante* Achilles *locant codd., transposuit Diggle* **57** Latoia *Heinsius* : latonia *codd.* **58** num *Heinsius* et AD, *cett. mei* : hanc CD*ul*EK **59** leuari* p3 **60** querulas *Heinsius* **61** gemino *Heyworth* (*coll. Soph. Phil. 16*) **63** at mens aestuat *Hall* : atque extuat (es *supra* e) V : atque exaestuat ABL4Q : atque estuat G (*spat. post* atque *relicto*) HP : atque cor aestuat CDEFK : atque cor exestuat V2 : aut exestuat T **66** si BCDEL4Q : sit FGHPV2 : sic AV : sed K : hoc* D*ul*T hoc BCDEKQ : si* AFGHL4PTVV2 : sic *Ehwald* **67** nec m, *ed. Bonon.* : neque A, *cett. mei* **70** quid V6

ipse nec emenda, sed ut hic sunt ducta legantur,
non sane illa suo barbariora loco.
nec me Roma suis debet conferre poetis:
inter Sauromatas ingeniosus ero.
75 denique nulla mihi captatur gloria, quaeque
ingeniis stimulos subdere fama solet.
nolumus adsiduis animum tabescere curis,
quae tamen inrepunt, quoque uetantur, eunt.
cur scribam, docui: cur mittam, quaeritis, istuc?
80 uobiscum cupio quo licet esse modo.

2a

Ecquid, ut e Ponto noua uenit epistula, palles,
et tibi sollicita soluitur illa manu?

71 ipsa AG?L4V emenda *Wheeler* : emendo ACD*ul*GHL4 PQTV : hoc mando BCDEFG²KV2L1 : hec mando mV6 sed ut C*mg, cett. mei* : siqua T : siquid C? hic C*mg*D*ac* (hec *pc*) F*ac, cett. mei* : hinc D*sscr*EJ : huc ACF*pc*V2 sunt ducta *Hall* : deducta *cett. mei* : delicta T **72** sane *Hall* : sunt *codd.* **74** ero BDEF*pc* : eram F*ac, cett. mei* : eo *Heinsius* : ego *Ehwald* **76** ingeniis G, *Heinsius* : ingenii G²HL4PQV : ingenio* BCDE FKTV2 subdere G, *cett. mei* : addere DG²H4O1P3 **78** irrepunt T : irrumpunt* *cett. mei* quaque H4, *Kenney dubitanter* **79** istuc *Merkelius* : istic D : istos D*ul*K*ac, cett. mei* : isto K*pc, Heinsius* : istoc *T. Faber* **80** licet BE : libet *cett. mei* **Carm. 2a** (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ H+ P+ m+, *cett. mei* : *continuant* EHPVm **1** ecquid HPQ TV2 : et quid B?m : hec quid GKL4V : hec *tantum* CDEF ut BD*pc*K : ubi AD*ac, cett. mei* hec ubi de ponto CEe **2** et tibi C*pc* (*ex* hec tibi?), *cett. mei* : nec tibi B : et nisi V6 : nec nisi *Burmannus* illa] ista DE : ipsa CT

pone metum, ualeo; corpusque, quod ante laborum
  inpatiens nobis inualidumque fuit,
5 sufficit, atque ipso uexatum induruit usu –
  an magis infirmo non uacat esse mihi?
mens tamen aegra iacet, nec tempore robora sumpsit,
  adfectusque animi, qui fuit ante, manet;
quaeque mora spatioque suo coitura putaui
10 uulnera, non aliter quam modo facta dolent.
scilicet exiguis prodest annosa uetustas,
  grandibus accedunt tempore damna malis.
paene decem totis aluit Poeantius annis
  pestiferum tumido uulnus ab angue datum;
15 Telephus aeterna consumptus tabe perisset,
  si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.
et mea, si facinus nullum commisimus, opto,
  uulnera qui fecit, facta leuare uelit,
contentusque mei iam tandem parte laboris
20 exiguum pleno de mare demat aquae:
detrahat ut multum, multum restabit aceruo
  parsque meae poenae totius instar erit.
litora quot conchas, quot amoena rosaria flores,
  quotue soporiferum grana papauer habet,

3 laborum] laboris K : malorum m **6** an GHL4PQT VV2 : at EK? : ac F : et CD : quo B **7** sumit *Heinsius* **11** senectus b1e **14** uulnus A, *cett. mei,* L1 : uirus* e, *ed. Bonon.* **19** iam dudum E laboris K*ul*eL2m : doloris K, *cett. mei* **21** aceruo T, *Heinsius* : acerui CEGHL4PQV : acerbi BDFKV2 **23** quot amoena rosaria BCDEFK*ul* (K uel amoena rosaria) QTV2 : quot amoenos hostia GHPV : quot amoenos p̄tua A : quaerit tamen hospita L4 : Paestana rosaria *Heinsius* : quot plena rosaria *Francius* : quot amoenos Tuscia *Merkelius* : quot amoenos Ostia *Housman*

25 silua feras quot alit, quot piscibus unda natatur,
quot tenerum pinnis aera pulsat auis,
tot premor aduersis; quae si conprendere coner,
Icariae numerum dicere coner aquae.
utque uiae casus, ut amara pericula ponti,
30 ut taceam strictas in mea fata manus,
barbara me tellus, orbisque nouissima magni,
sustinet et saeuo cinctus ab hoste locus.
hinc ego traicerer – neque enim mea culpa cruenta est –
esset, quae debet, si tibi cura mei.
35 ille deus, bene quo Romana potentia nixa est,
saepe suo uictor lenis in hoste fuit.
quid dubitas et tuta times? accede rogaque:
Caesare nil ingens mitius orbis habet.
me miserum! quid agam, si proxima quaeque relinquunt?
40 subtrahis effracto tu quoque colla iugo?
quo ferar? unde petam lapsis solacia rebus?
ancora iam nostram non tenet ulla ratem.
uiderit ille: sacram, quamuis inuisus, ad aram
confugiam; nullas submouet ara manus.

26 tenerum D, *cett. mei* : liquidum D*ul*P5U1 : tenuem P4 sulcat *Heinsius* **27** coner BKTV2 : conor ACFGHL4P QV : conar DE **28** ducere *Diggle* coner L4TVV2 : conor *cett. mei* : cogor E **33** tra(h)icerer D*ul*G, *cett. mei* : traicerem O1 : transigerer V : transueherer DET : transferrer G[2] neque AC, *cett. mei* : nec BC*sscr*EG(G[2])K **37** quid tuta* O2T2*sscr* **40** effracto ACGH : efractu L4 : e fracto BPQV : et fracto DE FKTV2 **41** lapsis CDG[2] : lassis* G?, *cett. mei* **43** uideris *Ehwald* ille *Hall* : ipse *codd.*

2b

Adloquor en absens absentia numina supplex, (45)
si fas est homini cum Ioue posse loqui.
arbiter imperii, quo certum est sospite cunctos
Ausoniae curam gentis habere deos,
5 o decus, o patriae per te florentis imago,
o uir non ipso, quem regis, orbe minor, (50)
sic habites terras et te desideret aether,
sic ad pacta tibi sidera tardus eas,
parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem
10 deme! satis poenae, quod superabit, erit.
ira quidem moderata tua est, uitamque dedisti, (55)
nec mihi ius ciuis nec mihi nomen abest,
nec mea concessa est aliis fortuna, nec exul
edicti uerbis nominor ipse tui.
15 omnia quae timui, quoniam meruisse uidebar;
sed tua peccato lenior ira meo est: (60)
arua relegatum iussisti uisere Ponti,
et Scythicum profuga scindere puppe fretum.

Carm. 2b (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* C+E+m+, *cett. mei* : *continuant* CEm, *ed. Aldina altera* **1** alloquor G², *cett. mei* : alloquar GL4VV2 heu presens K praesentia KB3H2L2P4T2*pc* **7** terras A, *cett. mei* : terram C et te AH, *cett. mei* : sic te* CDH*sscr* : ut te D*ul*P6 **8** tardus] serus *'quidam alii' ap. Burmannum* : sidus V6 **9** fulmine F*pc, cett. mei* : flumine F*ac*Vm : fulgure E **15** quae L4, *Merula* : -que haec *cett. mei* quoniam CDEFG²KTV2 : quia me* BGH L4PQV uidebar BCDEFG²TV2 : uidebam* AGHL4PQV : putaui K **16** lenior AK, *cett. mei* : mollior DK*ul*P6 **18** scindere C*mg, cett. mei* : findere* DV2 : uerrere C : uertere? C*sscr*

iussus ad Euxini deformia litora ueni
20 aequoris – haec gelido terra sub axe iacet –
nec me tam cruciat numquam sine frigore caelum, (65)
glaebaque canenti semper obusta gelu,
nesciaque est uocis quod barbara lingua Latinae,
Graiaque quod Getico uicta loquella sono est,
25 quam quod finitimo cinctus premor undique Marte,
uixque breuis tutum murus ab hoste facit. (70)
pax tamen interdum est, pacis fiducia numquam:
sic nunc hic patitur, nunc timet arma locus.
hinc ego dum muter, uel me Zanclaea Charybdis
30 deuoret aque suis ad Styga mittat aquis,
uel rapidae flammis urar patienter in Aetnae, (75)
uel freta Leucadio mergar in alta modo.
quod petimus, poena est: neque enim miser esse recuso,
sed precor ut possim tutius esse miser.

22 obusta CGHPQV : adusta BDG²KTV2 : abusta EFL4 **23** -que est] -que C? : quam est HP : quam b2 : quod B3P4 quod FHKL4PV : quam BC?DEGQTV2 turba H4, *Schraderus* **24** graia- F?mP6R : grata- Bd : graeca- *cett. mei* uicta FG²H KPQV2 : iuncta AB?DEGTV : uincta L4 : mixta C?eU1 **25** finitimo ... marte BC*sscr*DEFG²KQTV2 : finitima ... morte AC?GHL4PV **26** tutum T : tutos *cett. mei* **27** numquam fiducia pacis B **28** sic nunc hic *Burmannus* : sic hic nunc *codd.* : sic heu! nunc *Hilberg* : Sintia nunc *Luck* **29** Zanclaea *Politianus, Merula* : panchea DEFGHP QV2 (-eia) : panthea AK : penthea L4 : pangea BT : panbea V : C *inc.* **30** aque *Heinsius* : atque *codd.* ad D*pc* (*ex* a), *cett. mei* : in *Louaniensis Heinsii* **32** leucadio AG?L4V : leucadii G²?, *cett. mei* mergar *Hall* : mittar *codd.* modo *Heinsius* : deo AG?L4V : dei G², *cett. mei* **33** petimus BC*mg*DK : patimur C, *cett. mei* : petitur* *'duo veteres' Heinsii* neque AG²?, *cett. mei* : nec CG : ne L4 : *uerb. om.* E **34** miser ... precor KP4

3

Illa dies haec est, qua te celebrare poetae,
si modo non fallunt tempora, Bacche, solent,
festaque odoratis innectunt tempora sertis,
et dicunt laudes ad tua uina tuas.
5 inter quos, memini, dum me mea fata sinebant,
non inuisa tibi pars ego saepe fui,
quem nunc suppositum stellis Cynosuridos Vrsae
iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
quique prius mollem uacuamque laboribus egi
10 in studiis uitam Pieridumque choro,
nunc procul a patria Geticis circumsonor armis,
multa prius pelago multaque passus humo.
siue mihi casus siue hoc dedit ira deorum,
nubila nascenti seu mihi Parca fuit,
15 tu tamen e sacris hederae cultoribus unum
numine debueras sustinuisse tuo.
an dominae fati quidquid cecinere sorores,
omne sub arbitrio desinit esse dei?

Carm. 3 (A)BCDEFG(G^2)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **3** odoratis C?, *cett. mei* : adoratis b2emV6 : adornatis V : honoratis O3 **4** sua musta *Heinsius* **6** saepe A, *cett. mei* : magna eH2 **7** cynosuridos *uel simm.* ADG, *cett. mei* : erymanthidos *uel simm.* D*ul*G^2K*sscr* : timontidos K **13** mihi hoc casus H4L2R **15** (h)ederae F*pc*G^2, *cett. mei* : me de ACF*ac*G?H : uatem b2m, *Riese* **18** deum* K

ipse quoque aetherias meritis inuectus es arces,
20 quae non exiguo facta labore uia est;
nec patria est habitata tibi, sed ad usque niuosum
Strymona uenisti Marticolamque Geten,
Persidaque et lato spatiantem flumine Gangen,
et quascumque bibit decolor Indus aquas:
25 scilicet hanc legem nentes fatalia Parcae
stamina bis genito bis cecinere tibi.
me quoque, si fas est exemplis ire deorum,
ferrea sors uitae difficilisque premit,
illo nec leuius cecidi, quem magna locutum
30 reppulit a Thebis Iuppiter igne suo:
ut tamen audisti percussum fulmine uatem,
admonitu matris condoluisse potes,
et potes aspiciens circum tua sacra poetas
'nescioquis nostri' dicere 'cultor abest'.
35 fer, bone Liber, opem: sic annua degrauet ulmum
uitis et incluso plena sit uua mero,
sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnaua iuuentus
adsit, et attonito non taceare sono,

19 meritis inuectus es AD*ac?* (L4), *cett. mei* : meritis inuectus ad CG²K : meritis inuectus in C*sscr*D*pc* : es merito uectus in V : meritis euectus in m : G *inc.* **20** quae P6, *Hall* : qua AF GHL4PQVV2 : quo BCDEG²KT **23** gurgite m **24** decolor A, *cett. mei* : discolor* DEL1dR, *Dan. Heinsius* **29** leuius A, *cett. mei* : melius *ed. Bonon.* **30** reppulit CGHL4PQ Vm : expulit D*ul*G²TV2 : impulit BK : appulit DdR*ac* : depulit D*ul*F : et pulit E iupiter a thebis expulit T **32** admonitus *Diggle* **35** *nouum carmen ordiuntur* DE+G+ KV2 annua *Hall* : altera *cett. mei* : altam BEH : albida *Luck* : pendula *Richmond* **37** gnaua ABEFHL4V : naua Q : graua GP : ignaua CG²*sscr*V2 : ignara D : grata C*mg*D*ul*K : laeta G*ul*T

ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi,
40 inpia nec poena Pentheos umbra uacet,
sic micet aeternum uicinaque sidera uincat
coniugis in caelo Cressa corona tuae:
huc ades ut casus releues, pulcherrime, nostros,
unum de numero me memor esse tuo.
45 sunt dis inter se commercia: flectere tempta
Caesareum numen numine, Bacche, tuo.
uos quoque, consortes studii, pia turba, poetae,
haec eadem sumpto quisque rogate mero.
atque aliquis uestrum, Nasonis nomine dicto,
50 deponat lacrimis pocula mixta suis,
admonitusque mei, cum circumspexerit omnes,
dicat 'ubi est nostri pars modo Naso chori?'
immo ita, si uestrum merui candore fauorem,
nullaque iudicio littera laesa meo est,
55 si, ueterum digne uenerer cum scripta uirorum,
proxima non illis esse minora reor.
sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:
quod licet, inter uos nomen habete meum!

40 uacet D*mg*EG²KL4 : caret DG, *cett. mei* : carens Q **42** cressa K4 : clara *omnes mei* **43** ut *Heinsius* : et *codd.* releua b2, *Heinsius* **47** *nouum carmen ordiuntur* BCE+GHL4P QVV2 : *continuant* DEFKT **49** nomine lecto T **50** deponat *ed. Aldina altera* : apponat BC*mg*DGL2 : opponat C, *cett. mei* : epotet *Heinsius* : attollat *Brandt* labris *Ehwald* sumpta K **53** immo ita *Heinsius* : idque ita *cett. mei* : idque erit D : id quoque D*ul?*EFV2 : atque ita a : sitque ita *Richmond* **55** uenerer D*ul, Kenney* : ueneror DK, *cett. mei* : uereor K*ul* cum scripta FL4, *ed. Aldina altera* : conscripta *cett. mei* **58** habete CD*pc*EFG²HPT?V : habere BD*ac*GKL4QV2

4

Litore ab Euxino Nasonis epistula ueni,
lassaque facta mari, lassaque facta uia.
qui mihi flens dixit: 'tu, cui licet, aspice Romam:
heu quanto melior sors tua sorte mea!'
5 flens quoque me scripsit, nec, qua signabar, ad os est
ante, sed ad madidas gemma relata genas.
tristitiae causam siquis cognoscere quaerit,
ostendi solem postulat ille sibi,
nec frondem in siluis, nec aperto mollia prato
10 gramina, nec pleno flumine cernit aquam;
quid Priamus doleat, mirabitur, Hectore rapto,
quidue Philoctetes ictus ab angue gemat.
di facerent utinam talis status esset in ipso,
ut sibi tristitiae causa docenda foret!

Carm. 4 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ K+ m+, *cett. mei* : *continuant* EKVm **4** quanto melior D*ul, cett. mei* : quantum melior DV2 mea ET : mea est *cett. mei* **8** postulet Fe ipse ADEL4TV **9–10** mollia prato / gramina A, *cett. mei* : gramina prato / mollia Fb2 : gramina campo / mollia Dem **10** cernit D*pc* (creuit *ac*), *cett. mei* : potat D*ul* : cernet *Bentleius* aquam ACDHL4PQV : aquas BEFGKTV2 **11** rapto D, *cett. mei* : capto K : tracto D*ul* **13–14** *uersus Heinsio suspectos del. Bentleius* **14** ut sibi C?D*ul*dN*ac*P3*ul*R : et sibi T3 : ne sibi D*ul* : ut non C*mg*D*ac*FGHPQT : ut mihi L4VV2 : ne mihi BD*pc*E : ne sua D*ul* : nec non K docenda V2, *Burmannus* : dolenda V2*ul, cett. mei* : tacenda T3 : querenda L2

15 fert tamen, ut debet, casus patienter amaros,
more nec indomiti frena recusat equi.
nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
conscius in culpa non scelus esse sua.
saepe refert, sit quanta dei clementia, cuius
20 se quoque in exemplis adnumerare solet:
nam quod opes teneat patrias, quod nomina ciuis,
denique quod uiuat, munus habere dei.
te tamen, o, siquid credis mihi, carior illi
omnibus, in toto pectore semper habet;
25 teque Menoetiaden, te, qui comitatus Oresten,
te uocat Aegiden Euryalumque suum.
nec patriam magis ille suam desiderat et quae
plurima cum patria sentit abesse sibi,
quam uultus oculosque tuos, o dulcior illi
30 melle, quod in ceris Attica ponit apis.
saepe etiam maerens tempus reminiscitur illud,
quod non praeuentum morte fuisse dolet;
cumque alii fugerent subitae contagia cladis,
nec uellent ictae limen adire domus,
35 te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem,
si paucos aliquis tresue duosue uocat.

21 nam BCDEG²K : iam AC*mg*G, *cett. mei* patrias teneat DFK **23** carior DG?K, *cett. mei* : carius BD*ul*EG²K*ul*T illi F*pc?*KQ : illis E : illo D*ul?* F*ac?* : ille D, *cett. mei* **25** comitatus] comitatur EK : comitauit B3H2, *Pontanus* horesten G : (h)orestem *cett. mei* **28** sentit] sensit DV2P4 : luget *Hall* sibi G?, *cett. mei* : sua FG²KTb2e **29** illi *Gilbert, Damsté* : illo D*pc, cett. mei* : illuc D*ac*

quamuis attonitus, sensit tamen omnia, nec te
se minus aduersis indoluisse suis.
uerba solet uultumque tuum gemitusque referre,
40 et te flente suos emaduisse sinus;
quam sibi praestiteris, qua consolatus amicum
sis ope, solandus cum simul ipse fores.
pro quibus adfirmat fore se memoremque piumque,
siue diem uideat, siue tegatur humo,
45 per caput ipse suum solitus iurare tuumque,
quod scio non illi uilius esse suo.
plena tot ac tantis referetur gratia factis,
nec sinet ille tuos litus arare boues.
fac modo, constanter profugum tueare: quod ille,
50 qui bene te nouit, non rogat, ipsa rogo.

5

Annuus adsuetum dominae Natalis honorem
exigit: ite, manus, ad pia sacra, meae.

37 sensit BCDEGHPT : sentit FKL4QVV2 **38** condoluisse m **39** uultumque tuum GHL4PQTVV2 : uultusque tuos DK : gemitumque tuum BEdR : gemitusque tuos CF gemitusque *cett. mei,* N : uultumque BCEFdR **40** emaduisse ACGHL4PV : demaduisse BDFKQV2 : immaduisse D*sscr*ETb1 **44** prematur *Burmannus secundus* **45** tuum ... suumque AHPV **47** referetur EFGKL4TV2 : referatur BCHPQV : reddetur D **48** nec] non EKT : ne L4 sinet BDFKTV2 : sinit CEGHL4PQV **50** cum bene te norit *Heinsius* **Carm.** 5 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **2** meae C*pc, cett. mei* : piae C*ac*Q

sic quondam festum Laertius egerit heros
  forsan in extremo coniugis orbe diem.
5 lingua fauens adsit, nostrorum oblita malorum,
  quae, puto, dedidicit iam bona uerba loqui;
quaeque semel toto uestis mihi sumitur anno,
  sumatur fatis discolor una meis;
araque gramineo uiridis de caespite fiat,
10 et uelet tepidos nexa corona focos.
da mihi tura, puer, pingues facientia flammas,
  quodque pio fusum stridat in igne merum.
optime Natalis! quamuis procul absumus, opto,
  candidus huc uenias dissimilisque meo,
15 siquod et instabat dominae miserabile uulnus,
  sit perfuncta meis tempus in omne malis;
quaeque graui nuper plus quam quassata procella est,
  quod superest, tutum per mare nauis eat.
illa domo nataque sua patriaque fruatur –
20 erepta haec uni sit satis esse mihi –
quatenus et non est in caro coniuge felix,
  pars uitae tristi cetera nube uacet.
uiuat, ametque uirum, quoniam sic cogitur, absens,
  consummetque annos, sed diuturna, suos.

3 egerit b2*ac, Heinsius* : egerat *omnes mei* **5** malorum A, *cett. mei* : laborum JO3V6 **8** discolor A, *cett. mei* : decolor KT una *Hall* : ipsa V2*ul* b2 : alba V2, *cett. mei* **15** si quod et ACGHPV : siquid et L4 : sit quod et BFKQ : sitque quod DEG^{2}H*ul?*V2 : sicque quod T : sique quod *Heinsius* **16** perfuncta C, *cett. mei* : defuncta BC*sscr*DEK **19** patriaque .. nataque CFKT **20** erepta] ereptam K : ereptamque DV2m haec G^2, *cett. mei* : hanc L2P5 : hoc KP : *uerb. om.* D (*add. sscr*) V2 : G *inc.* **24** consummet- *Heinsius* : consummat- e : consumet- Q : consumat- *cett. mei*

25 adicerem et nostros, sed, ne contagia fati
corrumpant, timeo, quos agit ipsa, mei.
nil homini certum est: fieri quis posse putaret,
ut facerem in mediis haec ego sacra Getis?
aspice ut aura tamen fumos e ture coortos
30 in partes Italas et loca dextra ferat!
sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:
consilio fugiunt aethera, Ponte, tuum!
consilio, commune sacrum cum fiat in ara
fratribus alterna qui periere manu,
35 ipsa sibi discors, tamquam mandetur ab illis,
scinditur in partes atra fauilla duas.
hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar,
et me Battiades iudice falsus erat:
omnia nunc credo, cum tu non stultus ab Arcto
40 terga, uapor, dederis Ausoniamque petas.
haec ergo lux est, quae si non orta fuisset,
nulla fuit misero festa uidenda mihi.
edidit haec mores illis heroisin aequos,
quis erat Eetion Icariusque pater.

27 certum fieri E **29** e] ex BL4T : (fumos)oK coortos C?F (ch-)Q : cohortos DEGHL4V2 : cohortes PV : coruscos C*mg*K : coactos T : B *inc.* **32** consilio ... aethera, Ponte *Withofius, Bentleius* : consilium ... cetera pene *codd.* **32** tuum CFGHPTVV2 : meum BDEKL4Q **33** consilio A, *cett. mei* : consilium BG **37** fieri DGQT : fieri et AC*pc* (fieri *add.*) G², *cett. mei* nec T **39** non stultus *omnes mei* : non cultus *Vossianus Heinsii* : consultus *Heinsius* **41** haec igitur BKQ **42** fuit ... mihi] mihi ... fuit CD : foret ... mihi ET, *Doruillius* **43** heroisin *Scaliger, Salmasius* : heroibus *cett. mei* : eroidibus E(K) : erroribus L4Q : herodibus *Scaliger* **44** Eetion *Politianus, Merula* : erition C?GHP : *mirifice uariant cett. mei*

45 nata pudicitia est ista, probitasque, fidesque,
at non sunt ista gaudia nata die,
sed labor et curae fortunaque moribus inpar,
iustaque de uiduo paene querella toro.
scilicet aduersis probitas exercita rebus
50 tristi materiam tempore laudis habet.
si nihil infesti durus uidisset Vlixes,
Penelope felix, sed sine laude foret.
uictor Echionias si uir penetrasset in arces,
forsitan Euadnen uix sua nosset humus.
55 cum Pelia tot sint genitae, cur nobilis una est?
nempe fuit misero nupta quod una uiro.
effice ut Iliacas tangat prior alter harenas:
Laodamia nihil cur referatur erit.
et tua, quod malles, pietas ignota maneret,
60 inplerent uenti si mea uela sui.
di tamen et Caesar dis accessure, sed olim,
aequarint Pylios cum tua fata dies,
non mihi, qui poenam fateor meruisse, sed illi
parcite, quae nullo digna dolore dolet!

45 ista *Kenney* : moris ACGHL4PVV2 : mores BDT : morum FQ : morem K : secum E : oris *Gruterus* : tecum *T. Faber* : et mos *uel* et honor *Heinsius* : nec non *Riese* : uirtus *Owen* : orbi *Magnus* : nata est *Ehwald* : pietas *Bakker* **51** subiisset *Heinsius* **53** ad L2mP4 arces] urbes K : aras L2 **55** pelia D*ul*O1T2, *edd. Aldinae* : peliae D, *cett. mei* genitae] geniti O1 : natae H4P5 tot sint genitae Q : genitae tot sint *cett. mei* : genitae tot sunt AE nobilis una est B (*om.* est) CGH PQ : cognita nobis C*mg*DFKL4TVV2 : agnita nobis E **59** mallem AL4 maneret AC*pc, cett. mei* : ueniret C*ac* : fuisset C*mg*FKT : manumque E **60** implessent P4 **62** aequarint] equarunt Ke : equabunt T : equaliter? V Pylii (*genit.*) *Richmond* **63** fateor penam T

6

Tu quoque, nostrarum quondam fiducia rerum,
qui mihi confugium, qui mihi portus eras,
tu modo suscepti curam dimittis amici,
officiique pium tam cito ponis onus?
5 sarcina sum, fateor, quam si tu tempore duro
depositurus eras, non subeunda fuit.
fluctibus in mediis nauem, Palinure, relinquis?
ne fuge, neue tua sit minor arte fides!
numquid Achilleos inter fera proelia fidi
10 deseruit leuitas Automedontis equos?
quem semel excepit, numquid Podalirius aegro
promissam medicae non tulit artis opem?
turpius eicitur, quam non admittitur, hospes:
quae patuit, dextrae firma sit ara meae.
15 nil nisi me solum primo tutatus es: at nunc
me pariter serua iudiciumque tuum,
si modo non aliqua est in me noua culpa, tuamque
mutarunt subito crimina nostra fidem.

Carm. 6 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **3** modo O3, *'Putean. Vossii & octo alii' ap. Burmannum* : quoque *omnes mei* causam* O1O6*mg* **4** pium CFGQTVV2 : pii ABDEG²HKL4P **5** quam si tu BC*mg*EFG²KQT : quam si non ACGHL4PV2 : quam si modo DR : quam si nunc H4*ul* : quamuis sine V : quam tu si *Heinsius* duro DG²KeR*ul* : nostro AGV2, *cett. mei* : longo ETV2*sscr* **11** semel C*mg, cett. mei* : simul C accepit QO1 numquid D*ac?*B3O6 : numquam D*pc?, cett. mei* **14** mihi *Richmond* (patuit *cum* dextrae *coniungendo*)

spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,
20 quod cupio, membris exeat ante meis,
quam tua delicto stringantur pectora nostro,
et uidear merito uilior esse tibi.
non adeo toti fatis urgemur iniquis,
ut mea sit longis mens quoque mota malis.
25 finge tamen motam: quotiens Agamemnone natum
dixisse in Pyladen uerba proterua putas?
nec procul a uero est quin uel pulsarit amicum:
mansit in officiis num minus ille suis?
hoc est cum miseris solum commune beatis,
30 ambobus tribui quod solet obsequium:
ceditur et caecis et quos praetexta uerendos
uirgaque cum uerbis imperiosa facit.
si mihi non parcis, fortunae parcere debes:
non habet in nobis ullius ira locum.
35 elige nostrorum minimum quodcumque malorum:
isto, quod reris, grandius illud erit.

19 scythica quem ... aura K (quam), *cett. mei* : sitica quem ... auras D : Scythicas quo ... auras *Richmond* **23** toti fatis CFG(K)L4QV2 : fatis toti HPV : totis fatis BET : fatis totis D agitamur *Heinsius* **26** uerba proterua DKeR*sscr* : improba uerba A, *cett. mei* **27** quin uel F2*ul* : quin et BD*ul?* : quod uel *ed. Bonon.* : quod non D, *cett. mei* : ne non *Heinsius* pulsarit F*mg*G², *cett. mei* : pulsauit G : pulsaret FV2 **28** num *Heinsius* : non *codd.* **29–30** *del. Schraderus* **30** officium DTb1*ul*eR*ul*V6 **35–36** *del. Bentleius* **35** quodcumque *Hall* : minimumque *cett. mei* : nimiumque DK malorum BDFGV2, *T. Faber* : Laborum G², *cett. mei* minimum, minimumque malorum isto... *interpungere uoluit Watt* **36** isto] istud B : illo AHL4PV quod BFTV6 : quo *cett. mei* reris A : quereris C*pc*F*pc*, *cett. mei* : queris C*ac*F*ac*K

quam multa madidae celebrantur harundine fossae,
florida quam multas Hybla tuetur apes,
quam multae gracili terrena sub horrea ferre
40 limite formicae grana reperta solent,
tam me circumstat densorum turba malorum:
crede mihi, uero est nostra querella minor.
his qui contentus non est, in litus harenas,
in segetem spicas, in mare fundat aquas.
45 intempestiuos igitur conpesce tumores,
uela nec in medio desere nostra mari.

7a

Quam legis, ex illa tibi uenit epistula terra,
latus ubi aequoreis additur Hister aquis.
si tibi contingit cum dulci uita salute,
candida fortunae pars manet una meae.
5 scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quaeris,
quamuis hoc uel me scire tacente potes.

37 multa D*pc*T : multae D*ac, cett. mei* madidae DG²HL4P QTV : madida BCD*ul*FGKV2 madida multe E celebrantur D : celantur D*ul, cett. mei* hirudine *Hendry* **41** circumstat D*pc?, cett. mei* : circumstant* D*ac?*b2JV6 : circumdat AG L4V : circumdant HPe **45** tumores BQ : timores AD*ac, cett. mei* : dolores D*pc* : furores *ed. Veneta a. 1474* **46** nec EG²QT : neque G, *cett. mei* -que nec C desine Jm **Carm. 7a** (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **2** additur hister ACEGH L4PQV : hister aditur BDFTV2e : iungitur hister K, *ed. Aldina altera*

sum miser: haec breuis est nostrorum summa malorum;
quisquis et offenso Caesare uiuet, erit.
turba Tomitanae quae sit regionis, et inter
10 quos habitem mores, discere cura tibi est?
mixta sit haec quamuis inter Graiosque Getasque,
a male pacatis plus trahit ora Getis:
Sarmaticae maior Geticaeque frequentia gentis
per medias in equis itque reditque uias.
15 in quibus est nemo qui non coryton et arcum
telaque uipereo lurida felle gerat.
uox fera, trux uultus, uerissima mentis imago;
non coma, non ulla barba resecta manu.
dextera non segnis fixo dare uulnera cultro,
20 quem uinctum lateri barbarus omnis habet.
uiuit in his, eheu! tenerorum oblitus amorum;
hos uidet, hos uates audit, amice, tuus.

7 malorum C*mg, cett. mei* : laborum CK **8** *'versus parum appositus' Heinsius* uiuet BDEG²KL4QV2 : uiuit CFGHPT VJ **11** graiosque TO6 : graecosque *cett. mei* : siticosque E **16** lurida P (-de), *cett. mei* : liuida BDKeP5*ul* : lucida T **17** mentis *Housman* : martis D*ul, Heinsius* : mortis DF?, *cett. mei* : uocis m **18** ulla *omnes mei* : docta L6 : ulli *Némethy* : trita *Housman* **20** uinctum BHL4?PVV2 : iunctum* CD?E F?GK?QT **21** eheu tenerorum *Heinsius* : heu me tenerorum Q : uates tenerorum D*ul* : naso tenerorum D*ul*KJ : igitur tenerorum C*mg, ed. Bonon.* : naso tantorum D : heu non uestrorum F?, *ed. Aldina altera* : igitur nostrorum E : nulle (?) nostrorum B : heu naso suorum T : (his)tis naso suorum C : heu nullus eorum Gd : (il)lis nullus eorum V : nullus heu horum V2 : heu nullus AHL4P : heu! nunc lusorum *Ehwald*

atque utinam uiuat, non et moriatur in illis,
absit ab inuisis ut tamen umbra locis!

7b

Carmina quod pleno saltari nostra theatro, (25)
uersibus et plaudi scribis, amice, meis,
nil equidem feci – tu scis hoc ipse – theatris,
Musa nec in plausus ambitiosa mea est:
5 non tamen ingratum est, quodcumque obliuia nostri
inpedit et profugi nomen in ora refert. (30)
quamuis interdum, quae me laesisse recordor,
carmina deuoueo Pieridasque meas,
cum bene deuoui, nequeo tamen esse sine illis,
10 uulneribusque meis tela cruenta sequor;
quaeque modo Euboicis lacerata est fluctibus, audet (35)
Graia Capherea currere puppis aqua.
nec tamen, ut lauder, uigilo curamque futuri
nominis, utilius quod latuisset, ago:

23–24 *del. Bentleius* **23** atque ut iam uiuit *Richmond* uiuas ... moriaris C non et *Heinsius* : et non *omnes mei* : sed non *Burmannus* **24** ut tamen P3, *Dan. Heinsius* : et tamen C(L4), *cett. mei* : haec tamen C*mg*EKQTV2 **Carm. 7b** (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* B2, *Heinsius* : *continuant omnes mei* **3** theatri *Diggle* **4** nec in BCFGQ VV2 : nec est AC*mg*DEG²KL4PT : est nec H plausu est V est *ad fin. habent* CGQV : *non habent* A, *cett. mei* : F *inc.* **5** nec B3b2Jm **12** capherea .. aqua C*pc*DFHL4PT : caphaream ... aquam* B?C*ac*GV : caphaream ... aquam EQV2 : capharea ... aquam K

15 detineo studiis animum falloque dolores,
experior curis et dare uerba meis. (40)
quid potius faciam desertis solus in oris,
quamue malis aliam quaerere coner opem?
siue locum specto, locus est inamabilis, et quo
20 esse nihil toto tristius orbe potest;
siue homines, uix sunt homines hoc nomine digni, (45)
quamque lupi, saeuae plus feritatis habent.
non metuunt leges, sed cedit uiribus aequum,
uictaque pugnaci iura sub ense iacent.
25 pellibus et laxis arcent male frigora bracis,
oraque sunt longis horridiora comis. (50)
in paucis extant Graiae uestigia linguae,
haec quoque iam Getico barbara facta sono.
unus in hoc nemo est populo, qui forte Latine
30 quamlibet e medio reddere uerba queat.

15 dolores A, *cett. mei* : labores QT : laborem P5 **17** desertis solus ACDF*pc*G²HL4P*pc*TV2 : desertus solus BEF*ac*G KP*ac*V : solus desertus QP3*ul* : solis desertus* *Heinsius* (*qui falso credidit eam lectionem esse codicis Seruii* = Q) **18** coner DKQTP4P5 : conar E : cogar A, *cett. mei,* L1 **21** uix sunt homines] specto uix sunt KeH2T3 : hominum uix hi (sunt) *Heinsius* **22** lupi] lupe K : lupus AL4 **23** non ... sed] nec ... sed QT : nec ... et* *Heinsius* **24** iacent E*ac, cett. mei* : tacent Q, *ed. Bonon.* : latent E*pc*V **25** male *Heinsius* : mala *codd.* **26** horridiora *Hall* : horrida tecta *codd.* **27** extant] errant T : remanent K **29** ullus* D*ul, unus Bononiensis Heinsii* nemo est populo CGHPQV : populo nemo est V2V6 : non est populo D (populo *sscr*) FG²H*sscr* : populo non est BE KT : populo uix est* AL4 **30** quamlibet *Heinsius* : quaelibet *omnes mei* : quolibet V7

ille ego Romanus uates – ignoscite, Musae! – (55)
Sarmatico cogor plurima more loqui.
et pudet et fateor: iam desuetudine longa
uix subeunt ipsi uerba Latina mihi!
35 nec dubito quin sint et in hoc non pauca libello
barbara: non hominis culpa, sed ista loci. (60)
ne tamen Ausoniae perdam commercia linguae,
et fiat patrio uox mea muta sono,
ipse loquor mecum desuetaque uerba retracto,
40 et studii repeto signa sinistra mei.
sic animum tempusque traho, mentemque reduco (65)
a contemplatu submoueoque mali.
carminibus quaero miserarum obliuia rerum:
praemia si studio consequar ista, sat est.

8

Non adeo cecidi, quamuis deiectus, ut infra
te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.

31 ipse BEHL4PR **32** sarmatica ... uoce R*ul* **33** et E*ac*QTH4T3 : en* E*pc, cett. mei* **36** loci A, *cett. mei* : loci est C **40** repeto studii DE signa] uerba E : sacra *Heinsius* ministra V2 **41** mentemque *Shackleton Bailey* : mecumque BCGH*ac?*PQVJ : me sicque AEFH*pc?*L4V2 : sic meque D : meque ipse KTe : memeque *Housman* : sensumque *Luck* **42** summoueo- C*sscr*GQTVR*ul* : semoueo- ACD*ac*HL4P : dimoueo- BEFV2RV6 : demoueo- D*pc*G²K **44** consequor BQVB3H2L1 **Carm. 8** (A)BCDEFG(G²)HKL4PQT VV2*mr*] *separant* D+ E+, *cett. mei* : *continuant* DEm **1–2** *spurios censuit Housman* **1** deiectus K : abiectus *cett. mei* : proiectus E

quae tibi res animos in me facit, inprobe? curue
  casibus insultas, quos potes ipse pati?
5 nec mala te reddunt mitem placidumque iacenti
  nostra, quibus possint inlacrimare ferae?
nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe
  numen et exosae uerba superba deae?
exigit a! dignas ultrix Rhamnusia poenas:
10 inposito calcas quid mea fata pede?
uidi ego, naufragium qui risit, in aequore mergi,
  et 'numquam' dixi 'iustior unda fuit'.
uilia qui quondam miseris alimenta negarat,
  nunc mendicato pascitur ipse cibo.
15 passibus ambiguis Fortuna uolubilis errat,
  et manet in nullo certa tenaxque loco,
sed modo laeta nitet, uultus modo sumit acerbos,
  et tantum constans in leuitate sua est.

5 placidumque] placidumue TH4T2*pc, ed. Aldina altera* : placidum *tantum* L4 iacentis *Slichtenhorstius, Heinsius* **6** possint C*pc*F2 : possunt C*ac, cett. mei* : possent V6 **9** exigit CDG?QVV2O2 : exiget BEFG^{2}KL4T : exigis HP : exigat C*sscr*m a CHL4PQV : e G? : at BDFTV2 : ad C*mg*EKO2 : an G^2 : ah *Heinsius* dignas ... poenas BC*mg*DEFG^{2}KTV2 : dignis ... poenas CGHL4PQV : poenas ... dignas H2H4*ac* O1O2 **10** quid] quod E : qui* AL4 : cur QeJm fata A, *cett. mei* : facta L1N?P5 : colla DP3 **11** naufragium qui risit *Menckenius* : naufragiumque uiros et *codd.* nauifragum qui riserat *Heinsius* rapturos *Willymott* aequore DEKT : aequora A, *cett. mei* **14** ipse A, *cett. mei* : ille CDEQe **15** uolatilis J **16** firma D **17** nitet *Par. lat. 7647, 17903, Francius, Schraderus, Santenius* : manet *omnes mei* : uenit *Heinsius* : meat *Gronouius* : fauet *Burmannus* : mouet *Willymott* : rubet *Owen* modo uultus K amaros J

nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus,
20 flammaque de stipula clara breuisque fuit.
neue tamen tota capias fera gaudia mente,
non est placandi spes mihi nulla dei,
uel quia peccaui citra scelus, utque pudore
non caret, inuidia sic mea culpa caret,
25 uel quia nil ingens, ad finem solis ab ortu,
illo, cui paret, mitius orbis habet.
scilicet ut non est per uim superabilis ulli,
molle cor ad timidas sic habet ille preces,
exemploque deum, quibus accessurus et ipse est,
30 cum poenae uenia plura rogata dabit.
si numeres anno soles et nubila toto,
inuenies nitidum saepius isse diem.
ergo, ne nimium nostra laetere ruina,
restitui quondam me quoque posse puta;
35 posse puta fieri, lenito principe, uultus
ut uideas media tristis in urbe meos,
utque ego te uideam causa grauiore fugatum.
haec sunt a primis proxima uota mihi.

20 clara *Ritchie* : parua D : nostra *cett. mei* : rara *Hall* **21** capias tota D **27** non est per uim A, *cett. mei* : per uim non est emP2, *Par. lat. 7647* *post* **29** *lacunam statuit Heinsius* **30** rogata *Owen* : roganda C*mg, cett. mei* : regenda ACL4V2 : neganda BO6 : petenda B3, *ed. Bersmanni* : ferenda *Heinsius* dabit *T. Faber* (*cum* petenda) : petam *omnes mei* : putem H2 : putat b1*ul, Verpoorten, Madvig* : feram *Burmannus* **32** isse DEG^{2}b2*ul* : esse AG, *cett. mei* **33** nostra nimium FT laetere C, *cett. mei* : laetare C*sscr*FeJ **38** uota secunda L2V9 mihi *Heinsius* : meis *cett. mei* : mea BV2L2*ul* : mea est A

9

O tua si sineres in nostris nomina poni
carminibus, positus quam mihi saepe fores!
te canerem solum, meriti memor, inque libellis
creuisset sine te pagina nulla meis.
5 quid tibi deberem, tota sciretur in urbe,
exul in amissa si tamen urbe legor.
te praesens mitem nosset, te serior aetas,
scripta uetustatem si modo nostra ferent,
nec tibi cessaret doctus bene dicere lector:
10 hic tibi seruato uate maneret honor.
Caesaris est primum munus, quod ducimus auras:
gratia post magnos est tibi habenda deos.
ille dedit uitam: tu, quam dedit ille, tueris,
et facis accepto munere posse frui;
15 cumque perhorruerit casus pars maxima nostros,
pars etiam credi praetimuisse uelit,
naufragiumque meum tumulo spectarit ab alto,
nec dederit nanti per freta saeua manum,

Carm. 9 (A)BCDEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **3** solum meriti canerem Q **6** legor BCDGHL4PQT : legar D*sscr*EFK?VV2 **7** nosset te A, *cett. mei* : noscet te BGHPV : te nosset m **8** ferent JV6 : ferunt D*mg*, *cett. mei* : ferant CD?e *post hunc uersum leguntur in* GV *Fast. 4.839–840* **10** tibi BEG²KL4Q TV2J : te* CDFGHPV **11** munus primum AKL4T **13** ille² A, *cett. mei* : ipse CH2, *ed. Bonon.* **15** perhorrue-rit ACGHL4PQV : perhorreret BC*sscr*DEFG²KT(V2) **16** praetimuisse *Burmannus* : pertimuisse *omnes mei* : perpetuisse V7 **17** spectarit *Heinsius* : spectauit p3T2 : spectaret *omnes mei* **18** saeua G, *cett. mei* : summa T : longa DG²

seminecem Stygia reuocasti solus ab unda:
20 hoc quoque, quod memores possumus esse, tuum est.
di tibi se tribuant cum Caesare semper amicos,
non potuit uotum plenius esse meum.
haec meus argutis, si tu paterere, libellis
poneret in multa luce uidenda labor.
25 nunc quoque se, quamuis est iussa quiescere, quin te
nominet inuitum, uix mea Musa tenet.
utque canem pauidae nactum uestigia ceruae
luctantem frustra copula dura tenet,
utque fores nondum reserati carceris acer
30 nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus,
sic mea lege tua uincta atque inclusa Thalia
per titulum uetiti nominis ire cupit.
ne tamen officio memoris laedaris amici,
parebo iussis – parce timere – tuis.
35 at non parerem, si me meminisse uetares:
hoc quod non prohibet uox tua, gratus ero,
dumque – quod o breue sit! – lumen uitale uidebo,
seruiet officio spiritus iste tuo.

23 ah gratis *Heinsius* **25** se quamuis est B, *Naugerius, Bersmannus* : (ue)ro quamuis est T : iam quamuis est A(L4)V2 : quamuis est iam *cett. mei,* L1, *ed. Aldina altera* **27** pauidae A, *cett. mei* : timidae *ed. Bonon.* **28** luctantem B (lac-?) D*pc*F, *Heinsius* : latrantem D*ul, cett. mei* **30** pressa fronte KT **31** tua *Hall* : data *codd.* : rata *Heinsius* thalia C*mg*H*ul, cett. mei* : camena CQ : uoluntas GHPV **35** si me *Hartman* : nisi me D : nisi te P4 : si non CD*ul*HL4PQVV2 : sed non G : nisi non BEFKTR, *Broukhusius* : nisi si *Heinsius* uetares *Broukhusius* : putares D (-rem *ul*), *cett. mei* : putasses K : putarer *Landi* **36** lex tua *Richmond* **37** uitale AC*mg, cett. mei* : solare CQ **38** iste CDEG^2QV2 : ipse AG, *cett. mei* meo e spiritus iste tuo seruiet officio F

10

Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Hister,
facta est Euxini dura ter unda maris:
at mihi iam uideor patria procul esse tot annis,
Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit.
5 stare putes, adeo procedunt tempora tarde,
et peragit lentis passibus annus iter;
nec mihi solstitium quicquam de noctibus aufert,
efficit angustos nec mihi bruma dies.
scilicet in nobis rerum natura nouata est,
10 cumque meis curis momina longa facit.
an peragunt solitos communia sidera motus,
stantque magis uitae tempora dura meae?
quem tenet Euxini mendax cognomine litus,
et Scythici uere terra sinistra freti.
15 innumerae circa gentes fera bella minantur,
quae sibi non rapto uiuere turpe putant.

Carm. 10 (A)BCDEFG(G^2)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em. *suo loco non habet* F, *add. ad cod. calc.* **2** fracta L2 **3** annos *Kenney* **10** momina (*nomen Lucretio usitatum*) *Hall* : omīa FKV2 : omnia *cett. mei* **11–12** *del. Bentleius* **11** an G, *cett. mei* : at F : non TV2 : nec G^2 : dum E : num* J, *Heinsius* sidera *Burmannus* : tempora *codd.* **12** stant- L4L3, *Housman* : sunt- *cett. mei* dura D, *cett. mei* : longa D*ul*, *Doruillius* : lenta *Burmannus* : uersa *Owen* : tarda *Wilkins* **13** euxini D*ac?*, *cett. mei* : euxinus D*pc?* litus BCD*ul*FG^2KJR*ul* : tellus GHPQV : tempus AL4d : pontus C*sscr*DETV2e : portus O1R **15** circa A, *cett. mei* : circum DEK gentes circa(um) KTV2 **16** sibi non AG, *cett. mei* : tibi non B : sibi nil? F : nisi de DE G^2KT raptu GHPQV

nil extra tutum est; tumulus defenditur aegre
moenibus exiguis ingenioque loci.
cum minime credas, ut aues, densissimus hostis
20 aduolat, et praedam uix bene uisus agit.
saepe intra muros clausis uenientia portis
per medias legimus noxia tela uias.
est igitur rarus, rus qui colere audeat, isque
hac arat infelix, hac tenet arma manu.
25 sub galea pastor iunctis pice cantat auenis,
proque lupo pauidae bella uerentur oues.
uix ope castelli defendimur, et tamen intus
mixta facit Grais barbara turba metum.
quippe simul nobis habitat discrimine nullo
30 barbarus, et tecti plus quoque parte tenet.
quos ut non timeas, possis odisse uidendo
pellibus et longa pectora tecta coma.
hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,
pro patrio cultu Persica braca tegit.
35 exercent illi sociae commercia linguae:
per gestum res est significanda mihi.

17 aegre DKb2R*ul* : ipse *cett. mei* **19** cum AG, *cett. mei* : dum B2 : quod G²O1P4 : que E aues CGHPQV : auis ABD EFKL4TV2 **23** rus qui *Heinsius* : qui rus O2 : qui iam *omnes mei* **26** tela *Heinsius olim* **29** nobis AGH, *cett. mei* : nobiscum CG²H*sscr*e : nullo K **31** quos BC*mg*DEG² H*ul*KQTV2 : quosque N : quorum CFGHL4PV **32** pectora DV6 : corpora ACD*ul, cett. mei* : tempora C*mg*e **33** creduntur] panduntur Q : produntur *Burmannus* **34** persica D*ul, cett. mei* : barbara DQb2R*ul*

barbarus hic ego sum, qui non intellegar ulli,
 et rident stolidi uerba Latina Getae;
meque palam de me tuto mala saepe locuntur,
40 forsitan obiciunt exiliumque mihi,
utque fit, a me aliquid ludi, dicentibus illis
 abnuerim quotiens adnuerimque, putant.
adde quod iniustum rigido ius dicitur ense,
 dantur et in medio uulnera saepe foro.
45 o duram Lachesin, quae tam graue sidus habenti
 fila dedit uitae non breuiora meae!
quod patriae uultu uestroque caremus, amici,
 meque quod in Scythicis finibus esse queror,

37 qui C*pc, cett. mei* : quia C*ac*L4V6 intellegar *Heinsius* : intellegor *codd.* ulli D*pc, cett. mei* : illis D*ac* **39** de me tuto AG (*ex* tute), *cett. mei* : tuto de me Qb2eJ mala EG²KJR*ul* : male G, *cett. mei* **41–42** *del. Heinsius* **41** utque fit A, *cett. mei* : atque sit T a me aliquid *Burmannus* : in me aliquid *codd.* : in se aliquid *C. Schenkl* : insidias *Vogel* : inridere (aliquid) *Madvig* ludi *Hall* : si quid BCEG²KQTV2 : siquidem DGHPV : sceleris F, *Santenius* : *uerb. om.* L4 : dici *Heinsius* : aliquid *Madvig* : fingi *Ellis* : ficti *uel* statui *Owen* : (aliquid) stupidi *nescioquis in The Athenaeum n. 3276* (*1890*) *184* : fraudis *Landi olim* : me aliquid *Luck* de gentibus *Burmannus* **42** abnuerim- ... adnuerim-] annuerim- ... abnuerim- AF : annuerim- ... annuerim- L4 **43** iniustum F?G², *cett. mei* : et iustum HPV : en iustum G dicitur G, *cett. mei* : ducitur C*mg*DFG²Ke : stringitur C **47–48** *del. Heinsius* **48** meque quod P3 : atque quod C : sumque quod G²m : quodque hoc HV : quodque hic B : atque hic DF?T : atque haec Q : utque haec AL4b2d : utque hic V2 : utque hītem E : at quoque K : G *inc.* quodque in his scythicis P scythicis K*ul, cett. mei* : geticis CE(K) : F *inc.* finibus C*mg*Ke : gentibus* C, *cett. mei* : F *inc.* queror *cett. mei* : querar AL4 : F *inc.*

utraque poena grauis: merui tamen urbe carere,
50 non merui tali forsitan esse loco.
quid loquor, a! demens? ipsam quoque perdere uitam,
Caesaris offenso numine, dignus eram!

11

Quod te nescioquis per iurgia dixerit esse
exulis uxorem, littera questa tua est.
indolui, non tam mea quod fortuna male audit,
qui iam consueui fortiter esse miser,
5 quam quod cui minime uellem sum causa pudoris,
teque reor nostris erubuisse malis.
perfer et obdura: multo grauiora tulisti,
eripuit cum me principis ira tibi.
fallitur iste tamen, quo iudice nominor exul:
10 mollior est culpam poena secuta meam.

Carm. 11 1–12 (A) BCDEFG(G^2)HKL4PQTVV2*mr*; **13–30** (A) BC*mr*DEFG(G^2)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **5** quam quod cui C?D*ac?* G^{2}T : quam quia cui* BC*mr*D*ul* EHPQ*pc*VV2J : quam qui cum L4 : quam que uel cui K : quod quia cui Q*pc* : quod cui sum Q*ac* : quod cui D*pc* : quam cui FG uellem minime L4 sum D (*sscr*), *cett. mei* : sim H2m : sine E : C *inc.* pudoris D*ul* G, *cett. mei* : doloris DG^{2}KmR : C *inc.* **6** rear *Heinsius* erubuisse C?, *cett. mei* : indoluisse Km : exhibuisse HP **7** multo CGHKPQV : multum ABDEFL4TV2 : nimium C*mr*b2e **8** eripuit cum me] eripuit me cum G : cum me surripuit E principis C+ C*mr*K, *cett. mei* : cesaris K*sscr* : iudicis AL4 : uindicis *Heinsius* **9** iste] ille EKTL2 : ipse JP4

maxima poena mihi est ipsum offendisse, priusque
uenisset mallem funeris hora mihi.
quassa quidem nostra est, non fracta nec obruta nauis,
utque caret portu, sic tamen extat aquis.
15 nec uitam nec opes nec ius mihi ciuis ademit,
quae merui uitio perdere cuncta meo,
sed quia peccato facinus non adfuit ullum,
nil nisi me patriis iussit abesse focis,
utque aliis, quorum numerum conprendere non est,
20 Caesareum numen sic mihi mite fuit.
ipse relegati, non exulis utitur in me
nomine: tuta suo iudice causa mea est.
iure igitur laudes, Caesar, pro parte uirili
carmina nostra tuas qualiacumque canunt;
25 iure deos, ut adhuc caeli tibi limina claudant,
teque uelint sine se, conprecor, esse deum.
optat idem populus; sed, ut in mare flumina uastae,
sic solet exiguae currere riuus aquae.
at tu, mendaci cuius uocor exul ab ore,
30 nomine fortunam parce grauare meam!

12 uenisset mallem C+ C*mr, cett. mei* : mallem uenisset O1 : uellem uenisset m **13** quidem *Burmannus* : tamen *codd.* : mari *uel* salo *Heinsius* non fracta *nescio unde* (*non* P) : non mersa (L4), *cett. mei* : nec mersa BEKQ **15** nec[2]] neque AF GL4V **16** quae K : qui D*pc?*K*ul, cett. mei* : quod L4 : quam *non* P : D*ac inc.* **17** ullum ABC*mr*DEG[2]KL4T : ullo V2V6 : illi F*pc*GHPQVL1 : illo F*ac* **18** non B abire L2RT2 focis V2*ul, cett. mei* : locis DEFKV2O1 **19** numerum quorum eH4O3P2T2 comprendere BEFQ(V2)P4P5 : comprehendere C*mr*DGHKL4PV : deprendere T : componere m **26** diu O6*sscr* **27** uastae *Hall* : uastum *codd.* **29** mendaci *Hall* : fortunam *codd.* **30** fortunam *Hall* : mendaci *codd.*

12

Scribis ut oblectem studio lacrimabile tempus,
ne pereant turpi pectora nostra situ.
difficile est quod, amice, mones, quia carmina laetum
sunt opus, et pacem mentis habere uolunt:
5 nostra per aduersas agitur fortuna procellas,
sorte nec ulla mea tristior esse potest.
exigis ut Priamus natorum a funere ludat,
et Niobe festos ducat ut orba choros.
luctibus an studio uideor debere teneri,
10 solus in extremos iussus abire Getas?
des liceat ualido pectus mihi robore fultum,
fama refert Anyti quale fuisse reo,
fracta cadat tantae patientia mole ruinae;
plus ualet humanis uiribus ira dei.
15 ille senex, dictus sapiens ab Apolline, nullum
scribere in hoc casu sustinuisset opus.

Carm. 12 (A) BC*mr*DEFG(G²)HKL4PQTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **1** miserabile D **6** potest ... mea TmP4P5 **7** a funere *Kenney* : in funere Tb2 : funere *cett. mei* : funera F : flumina P ludat AC*mr*DEFG²L4 QL1 : ludit V2 : laudat BK : plaudat GHPTV **9** an] a S1 : aut K luctibus an studio] lusibus an studii *Heinsius* : luctibus haud studio *Burmannus* **10** abesse V7 **11** liceat *Hall* : licet in *codd.* : licet hic *Heinsius* : licet en *Owen* : licet e- *Postgate* : licet a *Kenney* : licet et *Diggle* **12** reo GHPTV : rei BC*mr*DEFKQV2L1 : senis AL4 **13** cadat *ed. Romana* : cadet *cett. mei* : cadit K, *Par. lat. 7647* patientia *Hall* : sapientia *codd.* **14** *'versus parum appositus, ac proinde suspectus' Heinsius*

ut patriae ueniant, ueniant obliuia uestri,
omnis ut admissi sensus abesse queat,
at timor officio fungi uetet ipse quieto
20 cinctus ab innumero quem tenet hoste locus.
adde quod ingenium longa rubigine laesum
torpet, et est multo, quam fuit ante, minus.
fertilis, adsiduo si non renouetur aratro,
nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
25 tempore qui longo steterit, male curret, et inter
carceribus missos ultimus ibit equos.
uertitur in taetram cariem rimisque dehiscit,
siqua diu solitis cumba uacauit aquis.

17–18 *uersus Heinsio suspecti* **17** ut G²H*ul, cett. mei* : uel G?HL4PQV : e- F patriae ueniant B2V7, *Heinsius* : ueniant patriae *omnes mei* uestri D*ul*F*pc*Q?TV2 : nostri DF*ac, cett. mei* **18** ut BC*mr*D : et *cett. mei* admissi FV6 : amissi *cett. mei* : ammissi L4 : admissis O3 *in* D *glossema est* rei admisse **19** uetet *Heinsius* : uetat *cett. mei* : facit B ipse C*mr*T : iste mP3 : esse A, *cett. mei* : ecce *Guethling* quieto QT : quietum AG, *cett. mei,* L1 : quietem G²H4 **20** quem *Hall* : me *codd.* tenet D*ac, cett. mei* : uetat D*pc*ER*sscr* hoste D*pc, cett. mei* : esse D*ac*E **21** rosum *Heinsius* **23** renouetur D*pc, cett. mei* : renouatur GQV : remouetur D*ac*HPNP3R, *Par. lat. 7647* **24** humus D **25** curret G²H2*sscr*V6 : currit G, *cett. mei* inter] intra Q : idem AEL4 **26** equos C*mr*FKeJ : equus *cett. mei* **27** taetram *Heinsius, Francius* : teneram *codd.* : tenuem *Burmannus* cariem A, *cett. mei* : scabiem L1 : scariam O2 teneram cariem] cariem teneram EQb2V6 : cariem *tantum* m **28** uacauit e, *Heinsius* : uacabit GK (uoc-), *cett. mei* : uacarit* F*pc* : uacaret F*ac*G² : carebit Q

me quoque despero, fuerim cum paruus et ante,
30 illi, qui fueram, posse redire parem.
contudit ingenium patientia longa malorum,
et pars antiqui nulla uigoris adest.
siqua tamen nobis, ut nunc, adsumpta tabella est,
inque suos uolui cogere uerba pedes,
35 carmina nulla mihi surgunt, aut qualia cernis,
digna sui domini tempore, digna loco.
denique non paruas animo dat gloria uires,
et fecunda facit pectora laudis amor.
nominis et famae quondam fulgore trahebar,
40 dum tulit antemnas aura secunda meas:
non adeo est bene nunc ut sit mihi gloria curae;
si liceat, nulli cognitus esse uelim.
an, quia cesserunt primo bene carmina, suades
scribere, successus ut sequar ipse meos?

29 despero BD*pc?*KmO1O3*pc*P4 : despera D*ac?*G?, *cett. mei* : de parua V2 et G[2], *cett. mei* : ut FG?L4QTV2 olim Q **30** qui BDEG[2]KL4QT : cui C*mr*FGHPVV2 **31** laborum* EQV6 **32** nulla ... adest D, *cett. mei* : magna ... abest D[2]*ul* N : longa ... abest F **33** siqua *Bentleius* : saepe *codd.* adsumpta *Hall* : quoque sumpta *codd.* **35** nulla mihi surgunt *Hall* : nulla mihi sunt scripta EG[2]QTJ : sunt mihi scripta aut nulla GH (mihi *sscr*) L4 (*om.* mihi) P (*om.* mihi) V : scripta mihi sunt nulla C*mr*DKV2e : tunc equidem non magna F*ac* (nunc *pc*) : nunc equidem non digna B : nulla mihi ueniunt *Kenney* sed aspera scribo BF **41** non adeo est bene nunc ut sit GH PV : non adeo bene nunc ut sit EQm : nunc adeo non est bene sit H2R : non adeo nunc est bene sit ABL4T (sint) b2d : non adeo nobis bene est (ut) D : non adeo bene est nunc ut sit C*mr* : non adeo bene mihi ut sit F*ac* : non adeo est bene /// ut sit F*pc?* : non adeo bene non ut sit K : non adeo bene nunc est ut V2 : non adeo nobis bene nunc D*ul* (*ul* nunc sit)

45 pace, nouem, uestra liceat dixisse, sorores:
uos estis nostrae maxima causa fugae.
utque dedit iustas tauri fabricator aeni,
sic ego do poenas Artibus ipse meis.
nil mihi debuerat cum uersibus amplius esse,
50 si fugerem merito naufragus omne fretum.
at, puto, si demens studium fatale retemptem,
hic mihi praebebit carminis arma locus?
non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,
uerbaque significent quid mea norit, adest.
55 omnia barbariae loca sunt uocisque ferinae,
omniaque infesti plena tumore soni.
ipse mihi uideor iam dedidicisse Latine,
iam didici Getice Sarmaticeque loqui.
nec tamen, ut uerum fatear tibi, nostra teneri
60 a conponendo carmine Musa potest.
scribimus, et scriptos absumimus igne libellos:
exitus est studii parua fauilla mei.

45 liceat uestra *ed. Bonon.* **49** debuerat G²K : debebat G, *cett. mei* **50** si L1, *ed. Bonon.* : sed B*Cmr*DEG²KQTV2H4 : cum AFGHL4PV : quin *Postgate* **53** prebeat D **55–56** *uersus Heinsio suspectos del. Bentleius* **55** barbaricae* AL4, *Merkelius* **56** -que infesti *Hall* : quae possint EGHL4 PV : quae posuit V2 : quae possunt B*Cmr*D*ac*FQ : barbarici TJL2*ul* : sunt getici D*pc*Kb2*ul*R*ul* : -que hostilis *Merkelius* : -que infensi* *Shackleton Bailey* tumore *Bentleius* : timore *codd.* soni A, *cett. mei* : sonant O1, *ed. Bonon.* : loqui H4*ac?*P3 **58** iam EK*ul*Qb2 : nam AK, *cett. mei* **59** teneri A, *cett. mei* : leniri P : leuari HTV2b2dL1 : uacare Q : reuelli C*mr* **61** absumimus] assumimus V2 : assumpsimus F : consumimus ET : consumpsinus (*sic*) D **62** parua] atra *Heinsius* : cana *Burmannus*

nec possum, ut cupio, non ullos ducere uersus:
   ponitur idcirco noster in igne labor;
65 nec nisi pars casu flammis erepta doloue
   ad uos ingenii peruenit usque mei.
sic utinam, quae nil metuentem tale magistrum
   perdidit, in cineres Ars mea uersa foret!

13

Hanc tuus e Getico mittit tibi Naso salutem
   litore, rem siquis, qua caret ipse, potest.
aeger enim traxi contagia corpore mentis,
   libera tormento pars mihi nequa uacet,
5 perque dies multos lateris cruciatibus uror,
   saeua quod inmodico frigore laesit hiemps.

63–64 *uersus Heinsio suspecti* **63** ut *Burmannus* : et *codd.* : at *Hall* ullos BC*mr*D F*pc*P : nullos F*ac, cett. mei* ducere C*mr*GL4QV : dicere G², *cett. mei* : nectere? (*an* uertere?) K : scribere T3 molles deducere *Burmannus* **65** flammis casu subtracta J **66** usque *Gilbert* : ulla *codd.* **67** nil D*ul* (K), *cett. mei* : non ABDFL4T **Carm. 13 1–19** (A) BC*mr*DEF G(G²)HKL4PQTVV2*mr*; **20–34** (A) BC*mr*DEFG(G²)HL4P QTVV2*mr*] *separant* E+ m+, *cett. mei* : *continuant* Em **2** litore *Dan. Heinsius* : mittere *codd.* rem siquis KTaP4P5 : si quisquam *cett. mei* : si quicquam O2 qua DEKTaR : quo *cett. mei* **6** saeua quod in- *Heinsius* : sed quod in im- G?HQV : sed quod non BC*mr*D*ac?*L4 : sed non quod V2 : sed quem non E : ut quod non F, *Schraderus* : sic me non D*pc* (*mg ul* quod) : ut quem non TH2*ul* : me quia non G²? : sed quod im- P : me quoque non K : quod fera non *Heinsius olim, postea* id quod non: scilicet in- *Owen* : seu me non *Ehwald*

si tamen ipse uales, aliqua nos parte ualemus:
quippe mea est umeris fulta ruina tuis.
quid, mihi cum dederis ingentia pignora, cumque
10 per numeros omnes hoc tueare caput,
quod tua me raro solatur epistula, peccas,
remque piam praestas, sed mihi uerba negas?
hoc, precor, emenda; quod si correxeris unum,
nullus in egregio corpore naeuus erit.
15 pluribus accusem, fieri nisi possit, ut ad me
littera non ueniat, missa sit illa tamen.
di faciant ut sit temeraria nostra querella,
teque putem falso non meminisse mei.
quod precor, esse liquet: neque enim mutabile robur
20 credere me fas est pectoris esse tui.
cana prius gelido desint absinthia Ponto,
et careat dulci Trinacris Hybla thymo,
inmemorem quam te quisquam conuincat amici:
non ita sunt fati stamina nigra mei.
25 tu tamen, ut possis falsae quoque pellere culpae
crimina, quod non es, ne uideare, caue.
utque solebamus consumere longa loquendo
tempora, sermonem deficiente die,

9 quid D*ac?*, *cett. mei* : quod? V2 : qui B?D*pc*EQT 11 quid Kd 12 remne *Ehwald* malam (K -em) e*ul* sed BEKQTP5*ul* : si DFGHL4PVV2 : ni C*mr*B3b2O1P2 : et *ed. Bonon.* negas G, *cett. mei* : neges C*mr*H4*ac*P2T2 : feras G[2] 15 possit AFG[2]L4JL1O1 : posset G, *cett. mei* 19 *post hunc uersum desinit* K nec C*mr*DKQ 25 possis falsae A, *cett. mei* : falsae possis C*mr*TV2H4 pellere A, *cett. mei* : fallere C*mr*e : tollere *ed. Veneta a. 1474* 27 longa G[2], *cett. mei* : multa BC*mr*DG?Q : lenta *C. Schenkl* 28 sermonem *nescio unde* : sermone G?HPVV2 : sermoni G[2], *cett. mei,* N?P2

sic ferat ac referat tacitas nunc littera uoces,
30 et peragat linguae charta manusque uices.
quod fore ne nimium uidear diffidere – sitque
uersibus hoc paucis admonuisse satis –
accipe quo semper finitur epistula uerbo,
aque meis distent ut tua fata, 'uale'.

14

Quanta tibi dederint nostri monimenta libelli,
o mihi me coniunx carior, ipsa uides.
detrahat auctori multum fortuna licebit,
tu tamen ingenio clara ferere meo;
5 dumque legar, pariter mecum tua fama legetur,
nec potes in maestos omnis abire rogos;
cumque uiri casu possis miseranda uideri,
inuenies aliquas, quae, quod es, esse uelint,
quae te, nostrorum cum sis in parte malorum,
10 felicem dicant inuideantque tibi.

30 peragat HP : peragant *cett. mei* **31** uidear nimium AF L4dL1R **32** hoc H*ac?*, *cett. mei* : hec H*pc?* V2L4 : hic C*mr*E : est m **33** uerbum* e **34** aque D*pc*L6P5 : atque D*ac*, *cett. mei* fata D*pc*, *cett. mei* : facta ABD*ac*HL4PV2
Carm. 14 (A) BC*mr*DEFG(G²)HL4PQTVV2*mr*] *separant* E+G²m+, *cett. mei* : *continuant* EGm **1** dederint BF : dederim D?, *cett. mei* nostri ... libelli BF : nostris ... libellis *cett. mei* **6** nec AG, *cett. mei* : non C*mr*G²m **7** possis casu D (*ul* causa) e **9** malorum A, *cett. mei* : laborum C*mr*Q : dolorum P5*ul*

non ego diuitias dando tibi plura dedissem:
nil feret ad Manes diuitis umbra suum.
perpetui fructum donaui nominis, idque,
quo dare nil potui munere maius, habes.
15 adde quod, ut rerum sola es tutela mearum,
ad te non parui uenit honoris onus,
quod numquam uox est de te mihi muta, tuique
indiciis debes esse superba uiri.
quae nequis possit temeraria dicere, persta,
20 et pariter serua meque piamque fidem.
nam mea, dum stetimus, turpi sine crimine mansit,
et tua tum probitas inreprehensa fuit:
area de nostra nunc est tibi facta ruina;
conspicuum uirtus hic tua ponat opus.
25 esse bonam facile est, ubi, quod uetet esse, remotum est,
et nihil officio nupta quod obstet habet:

11–12 *uersus Heinsio suspectos del. Schraderus* **11** tibi dando D **12** nil feret ... diuitis A, *cett. mei* : diuitis ... nil feret C*mr*V2e suum *Shackleton Bailey* : suos *codd.* : sui *Némethy, Magnus* **15** ut *Heinsius* : et *cett. mei* : *uerb. om.* V2 **17** de te uox est EB3H2O1R mihi *Hall* : mea *codd.* **18** indiciis AC*mr*GHL4PV : iudiciis B?DEF?TV2 : indicii Q **19** persta G, *cett. mei* : praesta* BC*mr*DG²T **21** mea *Heyworth* : tua *codd.* uirtus sine D **22** tua tum *Heyworth* : tua tunc G² (*ul*) : mea tunc T : tanta AG*pc* (*ex* tuanta), *cett. mei* : tante C*mr?* : semper Q : tandem *ed. Bonon.* : tantum *laudat Ciofanus, ego non uidi* et tua tum ... fuit] et famae ... fuit *Heinsius* : et uitae ... fuit *uel* et laudem ... tulit *Burmannus* **23** area de *Withofius* : par ea de FG²H*ul*T : par eadem G?H, *cett. mei* **24** ponat G, *cett. mei* : ponit C*mr?*T : possit G² : prodat* *Heinsius* **25** bonam] bonum BF : bonae* *Heinsius, Bentleius* uetet BEG²HL4PVV2 : uetat C*mr*D*pc* (uetum? *ac*) G?QT : nocet F **26** officio GHPQV : officii BDEFL4TV2 : officiis C*mr?*R*ul* obstet BC*mr*DEF*sscr*GH*ul*QV : obstat Fe*ac* : optet A : optat HL4PTV2

cum deus intonuit, non se subducere nimbo,
id demum est pietas, id socialis amor.
rara quidem uirtus, quam non Fortuna gubernet,
30 quae maneat stabili, cum fugit illa, pede.
siqua tamen pretium sibi uirtus ipsa petitum est,
inque parum laetis ardua rebus adest,
ut tempus numeres, per saecula nulla tacetur,
et loca rimatur, qua patet orbis iter.
35 aspicis ut longo teneat laudabilis aeuo
nomen inextinctum Penelopaea fides?
cernis ut Admeti cantetur et Hectoris uxor
ausaque in accensos Iphias ire rogos?
ut uiuat fama coniunx Phylaceia, cuius
40 Iliacam primo uir pede pressit humum?

29 quidem BEFG^{2}T : quidem est* C*mr*DHL4PQVV2 : quod est G gubernet G^{2}QTV6 : gubernat* G, *cett. mei* **30** maneat stabili] maneat stabilis L4O1 : manet instabili D*pc?* : manet instabilis D*ac?* : manet stabili P **31–34** *del. Bentleius* **31** pretium ... petitum est D*ac?* : pretium ... petitum FGHPVV2 : pretii ... petiti est D*pc?*Qd*pc*V6 : pretii ... petiti AEG^{2}L4T : pretii ... petita est C*mr?*d*ac* : pretii ... poeta? B uirtus D*sscr*F, *Pontanus, ed. Aldina altera* : merces D, *cett. mei* si qua tamen praesto sibi merces ipsa petenti *Shackleton Bailey* **32** gloria non laetis BF **33–34** *del. Heinsius* **34** ut AHL4PV2 rimatur *Heinsius* : mirantur C*mr*DFGHL4P VV2 : transgreditur BEG^{2}QTR **35** longum ... aeuum *Wakefield* maneat V6 **37** cantetur] cantatur Q : laudetur J et] ut* DQ, *Heinsius* **39** ut G^2, *cett. mei* : et GHPV fama] fama est L4 : famae *Heinsius* **40** primo V7 : celeri *omnes mei*

morte nihil opus est pro me, sed amore fideque:
non ex difficili fama petenda tibi est.
nec te credideris, quia non facis, ista moneri:
uela damus, quamuis remige puppis eat.
45 qui monet ut facias quod iam facis, ille monendo
laudat, et hortatu conprobat acta suo.

41 morte nihil opus est AG^2, *cett. mei* : morte nihil opus EG : morteque nil opus est TH4L2 : morte nil opus est B : nil opus est morte P4T3 : at nece nil opus est P3, *ed. Aldina altera* : letho nil opus est F2 : nil opus est leto *excerpta Vossii* : ac nece nil opus est *Dan. Heinsius* : morte tibi haud opus est *Heinsius* **44** puppis C*mr*H4JO3P2 : nauis A, *cett. mei,* L1 **45** ipse mO1P2T2

INDEX ORTHOGRAPHICVS

Hoc indice continentur formae rariores, quas primo loco potissimum ex antiquioribus desumpsi codicibus, antiquioribus autem formas quas ut in re lubrica tamen Ouidium non usurpasse censeo praebentibus, ad recentiores codices decucurri. ubi in nullo codice formam quam praetuli repperi, lacunam relinquo, quo clarius pateat quam sit exilis in hoc opere orthographiae memoria. ad litteram formas digessi, nec non ubi ad rem uidebatur quadratis uncis formas quas non recepi subsequi iussi.

a *exclam.* [ah, ha]
    1.3.51   G*ac*HVV2
    1.3.53   G*ac*HVV2*ac*
    1.3.81   V2*ac*
    2.77   GHVV2
    4.4a.40   H*ac*T2
    5.10.51
absinthia
    5.13.21   EHTb2
Absyrti
    3.9.6   H
abunde [hab-]
    1.7.31   BE*ac*FGHMTV2
Abydena *abl.*
    1.10.28   V2
accipiter
    1.1.76   BCD*ac*FGTVV2
adamans [-as]
    4.8.45   V
adfecto *particip.*
    3.3.14   M

adfectu *subst.*
4.5.30
-um
4.3.32
-us
5.2a.8
adferat
3.5.56 KB2*ac*
-re
3.6.31
4.6.29 M
adfirmat
5.4.43
-o
3.3.27 KM
adflari
1.9a.22 M
adflictum
1.8.12 MV
adfuit
4.10.11 QH4
5.11.17 QH4
adgemit
1.4.10 BCDFG^{2}*ul* KTV2
adice
3.1.49 CDFHKMTVV2
-erem
5.5.25 BEFGTV2
adleuor
3.8.31 H4
adliget
4.8.45
adloquii
1.8.18
-is
4.5.3
-o
1.5a.4

Aeropen
  2.391 *Politianus, Aldina altera* (eropen G) : europen *multi*
aerumna [-mpn-]
  4.6.25 GM?V2
aetheriam [-ere-]
  4.3.5 G?MV2
  -as
  5.3.19 AGH
  -o
  1.2.46 V2
Aetnae [-thn-]
  5.2b.31
afuit [aff-, auf-]
  4.4.43 *Owen*
Agamemnone
  5.6.25 CGHKTVV2
Alcathoi
  1.10.39 GTV
Anchiali
  1.10.36 FGHKMTVV2
ancora [-ch-]
  3.9.14 BE
  5.2a.42 BK
anhelanti [hane-]
  4.1.78 FMV2
antemna *nom.*
  3.4a.9 EHMTV2
  -as
  5.12.40 DGHVV2
Anyti
  5.12.12 A
Arcto *abl.*
  1.2.29 BCDFTV2
  3.10.11 BCGHTVV2
  5.5.39 AEFGHVV2
  -os *nom.*
  1.3.48 BCDFHTVV2

Aristiden
    2.443 B F*ac* V2
artas *particip.*
    1.10.47 F G H K V V2
  -o *abl.*
    2.531 (B) C F H K M V*pc* V2
Auster
    1.11.16 B C D E F G H M T V V2
    -ris
    1.10.33 (C) (D) (E) F H K M T V V2
Automedontis
    5.6.10 F G H T
autumnum [-mpn-]
    3.8.29 F K
    4.1.58 F H V2

bacchatur [-ach-]
    1.2.29 F
Bacche *fem. nom.*
    4.1.41 C V3 (-em M, bacce E)
Bacchis *abl.*
    5.3.37 V2 b2
Bacchica *neut. acc.*
    1.7.2 (bach- H P V)
Bacche *uoc. masc.*
    1.10.38 *edd. uett.*
    5.3.2 F V2
    5.3.46 V2
ballistae *gen.* [-ali-]
    1.2.48
barbarie
    3.10.4 F*ac* H2 T2
    -em
    3.14.30 D E G T
    4.1.22 B D E F H V
    5.1.46 C*sscr* E F L2 P5*ul* T2 U1
Battiade
    2.367 F G H M V2

conprendere
5.2a.27 G
5.11.19 G K b2
conprobat
5.14.46 P3 R T2
conpulit
1.10.42 K*sscr*
Coo
1.6.2 C*pc* H2
Corinthe
3.8.4 B C? E G H T V2
Corinthiacis *abl.*
1.10.9 C D E F G H M V V2
coryton
5.7a.15 T3 (-ri- H V)
[cothurnis]
2.553 Q V
cothurnos
2.393 Q
-us
2.554 Q
Croesus
3.7.42
cumba *nom.*
1.1.85 (-y- B V2)
2.330 M V2
3.4a.16 M V2
5.12.28 (-y- Q)
cupressu
3.13.21 B C D E F G K T V2
Cyaneas
1.10.34 C D E F T (ci- H M V2)
Cycladas
1.11.8 B M T V2
cycneas
4.8.1 (cign- *multi*)
Cynosuridos
5.3.7 Q T3 (cynorisidos V2, cynosor- b2*ac*)

hortis
    1.11.37 C?FMV2
  -os
    4.8.27 F
Hyadas
    1.11.16 MTV2*pc*
Hybla
    5.6.38 BFT (yb- EV)
    5.13.22 P
Hylas
    2.406 HV2
Hyrtacidae *gen.*
    1.5a.24 EGTd

Iasion
    2.300 AL1
Icariae *gen.*
    5.2a.28 BHK*pc*VV2
  -as [-eas]
    3.4a.22 *Bentleius*
  -is
    1.1.90 C
Icarius *subst.*
    5.5.44 BEGHVV2
Icarus
    1.1.90 V2
    3.4a.22 GHMVV2U1
idcirco [iccirco]
    1.5b.11 BFGHKMVV2
    2.243 BDFGHKMVV2
    2.265 BDFGHKMVV2
    5.12.64 BDGHKV
Ilia
    2.260 BGHKTVV2
Iliacam
    2.404 BCFGHKMVV2
    5.14.40 BFGV2P3
  -as
    1.5b.16 CFPTV2

Neritio *abl.*
    1.5b.13   M V2
    1.5b.14   M V2
Nioben
    5.1.57   B C F G T V R
Nisi *gen.*
    1.5a.24   C F G H T V V2
    1.9a.33   B C D F H K M T V V2
notitia *abl.*
    2.214   G H K V V2
    -am
    1.9b.16   G H V V2
Noto
    3.12.42   P
  -us
    1.2.15   E K P
    1.2.30   E N
nouiens
    4.10.4

obfuit [off-]
    1.1.55   B C D E F T
    2.443   B D E F H T B2
    4.1.25   B C D E F G H K T V
    4.4a.39   B D E F G K M T V
obiciunt
    5.10.40   B C D E F G H K T V2
obtutu
    4.1.39   C D F G H? (op- M)
Oceano *abl.* [occ-]
    1.4.1   V V2
    -us
    2.102   M V V2
Odesson
    1.10.37   (Odeson *Merula, correxi,* opeson M)
Odyssea
    2.375
Oedipodas *acc.*
    1.1.114   B C D E F G H K T V2

[omnis] *acc. pl.*
1.5b.1 M
1.6.25 GHV
oneratam
2.143 CEMV2
onus [honus]
1.2.48 EPTV*pc?*V2
2.84 MT
2.222 DE*pc*TV2
2.334 EMTV2
3.4a.12 CEGMTV*pc*V2
3.4b.16 C*pc*EG[2]TV2
4.10.36 C*mg*E
5.6.4 EPTV*pc*V2
5.14.16 FPTVV2
oppida
1.2.78 CFGHVV2
4.2.20 CDFGHKMVV2
opprobrio *dat.*
2.445 TV2
ora *etc. fem.* [hora]
1.3.19 GV*pc?*V2
1.8.39 BGHK*ac*VV2
1.10.29 GM
2.225 GHMV*ac*V2
3.3.37 GHMV2
3.5.23 FGHK
3.14.11 GHV2
4.9.17 GV*pc*V2
4.10.110 EGHK*ac*VV2
5.1.13 PV*pc?*V2
5.3.8 BGVV2
5.7a.12 EGK*ac*VV2
5.7b.17 G[2]V2
Orest(a)
1.5a.22 G*ac*VP4
-ae
1.9a.27 GVV2

Philoctetes
    5.4.12   F*pc* (-ote- CKTV2P3)
Phoceus
    1.5a.21   BDFGHT
    4.4b.17   BCDFGHKMTTrVV2
Phoebas
    2.400   (phe- BCDFGHKMTV2)
Phoebea *abl.*
    4.2.51   (phe- BDFKMTVV2)
Phrygiis *abl.*
    2.386   (phrig- BFHPV2, pryg- M^{3})
Phylaceia
    5.14.39   (phylacea e, phil- FDGHPT)
[Phyllidos]
    2.537   (-os G)
pinna *etc.* [penna]
    1.1.75   H2
    1.1.89   H2
    1.9b.14
    3.4a.24
    3.8.5
    3.8.15
    5.2a.26
Pirithous
    1.5a.19   CDK
Podalirius
    5.6.11   F
portubus
    3.2.11   BEG^{2}TV2
    3.12.38   BEFGHTVV2
pro *exclam.*
    1.2.59   F*ac*GHKTVV2
Procnen
    5.1.60   *Luck* (prog- BC?FT, *edd. ante Luckium*)
Properti [-ii]
    2.465   B*ul*CDEFHKTV2
Propontidos
    3.12.41   BCEFGHKTVV2

INDEX NOMINVM

Italicis quas dicunt litteris leguntur et nominum interpretationes et ea quae per circuitum significata sunt nomina. uncis quadratis inclusa sunt ea quae Ouidio attribuenda esse non censeo, lunatis linearum numeri ueteres. nominibus per coniecturam excogitatis adfixus est asteriscus.

BIBLIOTHECA TEVBNERIANA

Fragmenta poetarum Latinorum

Post W. Morel et C. Büchner
tertium ed. J. Blänsdorf
1995. DM 195,–. Best.-Nr.1371

Die von W. Morel 1927 begründete, von K. Büchner 1982 überarbeitete Sammlung der lateinischen Dichterfragmente wird hier in neu bearbeiteter und stark erweiterter Form vorgelegt. 17 weitere Autoren und insgesamt 103 neue Fragmente konnten hinzugefügt werden; auf die in anderen Sammlungen, u. a. der Anthologia Latina ed. Riese bzw. Shackleton Bailey und Poetae Latini Minores ed. Baehrens, edierten Fragmente und die ebenfalls fragmentarisch erhaltenen Lehrgedichte Ciceros und Germanicus' wird verwiesen. Um die literaturgeschichtliche Einordnung zu erleichtern, wurden zu allen Autoren die Lebensdaten und die Zeugnisse zu Leben und Werk beigefügt und die chronologische Reihenfolge, soweit möglich, revidiert. Texte, Konjekturen und textkritische Apparate wurden überprüft, die Rezensionen der 2. Auflage ausgewertet und die seit 1982 erschienene textkritische Literatur eingearbeitet. Die Sammlung wird durch Indices der Autoren und der Fragmentanfänge erschlossen.



B. G. TEUBNER STUTTGART UND LEIPZIG

BIBLIOTHECA TEVBNERIANA

Euripides, Electra

Edidit Giuseppina Basta Donzelli. 1995

Dieser Text bildet einen wichtigen Bestandteil und zugleich den Abschluß der Euripideseditionen von B.G.Teubner. Gegenüber der Textausgabe innerhalb des 2. Bandes der Euripides-Fabulae in den Oxford Classical Texts von 1981 stellt diese Ausgabe einen Fortschritt allein schon dadurch dar, daß wesentliche, erst kürzlich erschienene Literatur in ihr mit verarbeitet ist. Darüberhinaus bietet sie als Einzelausgabe durch ein vollständiges Verzeichnis früherer Editionen und ein umfangreiches, nach Verfassernamen alphabetisch geordnetes Literaturverzeichnis und einen Conspectus metrorum wesentlich mehr als jene Sammelausgabe. Hervorzuheben ist auch, daß zusätzlich zu der direkten Überlieferung über dem textkritischen Apparat Zitate aus dieser Tragödie bei späteren Schriftstellern angeführt sind, die für die Textkonstituierung Bedeutung haben. Der textkritische Apparat ist übersichtlich und zum Teil ausführlicher als in besagter Oxford-Ausgabe. Die lateinische Praefatio ist klar, straff und präzise und legt den Forschungsstand deutlich dar. Daß der Text selbst, der sich im Wesentlichen nur auf einen mittelalterlichen Kodex stützen kann, in weiten Teilen seit langem unverändert bleiben muß, versteht sich von selbst. Hervorzuheben ist jedoch die Behutsamkeit gegenüber modernen Tilgungs- und Versumstellungs-Vorschlägen. Neuere textkritische Aufsätze sind im Text oder im textkritischen Apparat gebührend berücksichtigt.



B.G.TEUBNER STUTTGART UND LEIPZIG